De acusmatis sive symbolis Pythagoricis.

Dissertatio Inauguralis

quam

auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

in

Universitate Christiana Albertina Kiliensi

ad summos in philosophia honores rite capessendos

scripsit

Cornelius Hölk

Itzehoecensis.

Adversarii erunt:

W. Clausen, cand. phil.
B. Diederich, Dr. phil.
W. Gentzen, cand. phil.

Kiliae.
Ex officina H. Fiencke.
MDCCCLXXXXIV.

De acusmatis sive symbolis Pythagoricis.

Dissertatio Inauguralis

quam

auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

in

Universitate Christiana Albertina Kiliensi

ad summos in philosophia honores rite capessendos

scripsit

Cornelius Hölk

Itzehoeensis.

Adversarii erunt:

W. Clausen, cand. phil.
B. Diederich, Dr. phil.
W. Gentzen, cand. phil.

Kiliae.
Ex officina H. Fiencke.
MDCCCLXXXXIV.

No. 16.

Rectoratsjahr 1893/94.

Imprimatur:

Dr. H. Gering,
h. t. decanus.

I.

De vetustissimae doctrinae Pythagoricae fontibus.

Ei qui indagare vult, quae fuerit vera et genuina societatis a Pythagora conditae condicio et natura, id praecipue spectandum est, ut fontium, quibus utimur, auctoritatem et fidem quam accuratissime examinet. Qua in re id imprimis tenendum est veteres quoque auctores, qui inde ab Aristotelis aetate de Pythagora eiusque societate libros conscripserunt, cum neque ipse Pythagoras[1]) neque discipulorum eius quisquam ante Philolaum[2]) libros edidissent, quibus doctrinam exponerent, auctoresque Pythagorae temporibus aequales raro tantum[3]) eius praecepta attingerent, nulla paene in re pro certo affirmare potuisse, quid ad ipsum Pythagoram rediret, quid discipulis eius tribuendum esset. Quare auctores cautiores et accuratiores, ut Aristoteles et Aristoxenus, de ipso Pythagora et de propria eius doctrina rarissime loquuntur, sed Aristoteles semper fere de Pythagoreorum in universum praeceptis verba facit,[4]) Aristoxenus[5]) ea quae ex postremis Pythagoreis de societatis conditore et principali condicione audiverat, nullis propriis additamentis aucta, ita refert, ut ipsos Pythagoreos faciat loquentes, quorum narrationes integras ipse in ordinem redegerit. Quod cur fecerint, non est dubium, nam ipsi Pythagorei,

[1]) cf. Zeller, Philosophie der Griechen I, 1. p. 285,3 (editio quinta).

[2]) Laert. Diog. VIII, 15; 85: *τοῦτόν φησι Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις πρῶτον ἐκδοῦναι τῶν Πυθαγορικῶν περὶ φύσεως.* cf. Zeller p. 285 sq.

[3]) Zeller p. 279,2 l. l. et Z. Ueber die ältesten Zeugnisse zur Geschichte des Pythagoras. Sitzungsberichte d. Berl. Akad. 1889 p. 983 sqq.

[4]) Zeller, p. 280 et saepius.

[5]) cf. E. Rohde, Mus. Rhen. nov. ser. XXVI p. 555. XXVII p. 53.

ex quibus pendebant, saepe inter se differebant, utrum singula praecepta recte Pythagorae tribuerentur necne. Nam cum Aristoteles narret Pythagoram sicut mos erat Orphicorum abstinuisse fabis edendis, Aristoxeni auctores vehementissime hanc opinionem impugnantes Pythagoram nullo legumento saepius et libentius usum esse contendunt quam fabis.[6]) Eundem in modum Aristoteles et Aristoxenus perhibent Pythagoram eorum tantum animalium carne ut vescerentur concessisse, quae deis sacrificarentur, alii auctores Aristoxeno aequales[7]) omnium animantium carne abstinuisse Pythagoram referunt. Sic pars auctorum Pythagoram vetuisse narrat mulieribus uti discipulos, alii et vetustiores et fide digniores ipsi Pythagorae mulierem et liberos tribuunt.[8]) Videmus igitur eos auctores, qui ex ipsis Pythagoreis pendent, tam varias referre de Pythagora narrationes, ut eis tantum in rebus fide digni habendi sint, quibus inter se omnes consentiant.

Sed pauca sunt, quae ita de vera Pythagorae ipsius doctrina societatisque Pythagoricae indole constant. Comprobatur enim Platonis imprimis et Aristotelis et Aristoxeni testimoniis „Pythagoricam non philosophiam exstitisse, sed *βίον Πυθαγορικόν*, non tam philosophos fuisse Pythagoreos, quam sapientes, nullatenus autem neque scriptores neque dialecticos", [9]) et praecepta Pythagorae non pertinuisse ad physicam vel ethicam philosophiam, sed religiosa quaedam et superstitiosa dogmata continuisse velut de migratione (et immortalitate) animarum [10]) et leges aliquas purgatorias, quales Orphici observaverunt [11]). Ipse vero Pythagoras non primis Graecorum philosophis adnumerandus est, sed religionis illis conditoribus, quorum plures protulerunt septimum

---

[6]) Gellius, noct. attic. IV, 11 p. 267 ed. Hertz.

[7]) Eudoxus ap. Porph. v. P. 7. ed.[2] Nauck et Onesicritus ap. Strab. XV, 1, 65 p. 716. Cas. 997. M.

[8]) Zeller p. 318 et saepius.

[9]) Val. Rose, Aristoteles pseudepigraphus XXXVI p. 193.

[10]) Xenophanes ap. Laert. Diog. VIII, 36.

[11]) Herodot. II, 123 et saepius. cf. Zeller, Berl. Akad. 1889 p. 983 sqq.

et sextum a. Ch. n. saeclum, sicut Pherecydem, Epimenidem, alios. [12])

Quaeritur nunc, nonne haec notitia satis exilis eis augeri possit, quae posteriores auctores de Pythagora eiusque doctrina referant. Et satis miror parum respexisse adhuc viros doctos memorabilem Jamblichi locum vit. Pyth. § 83 sqq., quem per Nicomachum redire ad Aristotelem putant Val. Rose, Ar. ps. 202 et E. Rohde, Mus. Rh. XXVII p. 33, ubi agitur de eis rebus, quas acusmatici Pythagorae discipuli didicerint, summaque earum continetur verbis his: § 83 *ἔστι δ' αὕτη ἡ αὐτὴ τῇ τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν*[13]) *λεγομένῃ σοφίᾳ· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐζήτουν, οὐ τί ἐστι τἀγαθόν, ἀλλὰ τί μάλιστα· οὐδὲ τί τὸ χαλεπόν, ἀλλὰ τί τὸ χαλεπώτατον· ὅτι τὸ αὑτὸν γνῶναί ἐστιν· οὐδὲ τί τὸ ῥᾴδιον, ἀλλὰ τί τὸ ῥᾷστον· ὅτι τὸ ἔθει χρῆσθαι. τῇ τοιαύτῃ γὰρ σοφίᾳ μετηκολουθηκέναι ἔοικε τὰ τοιαῦτα ἀκούσματα· πρότεροι γὰρ οὗτοι Πυθαγόρου ἐγένοντο* . . . § 85 fin. *τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν ἀκουσμάτων ἐστί, τὰ δὲ πλεῖον* [cf. Rohde ap. Nauck, praefat. ad Jambl. edit. p. LXVIII infra] *ἔχοντα, μῆκος περί τε θυσίας καθ' ἑκάστους τοὺς καιροὺς πῶς χρὴ ποιεῖσθαι, τάς τε ἄλλας (θεῶν θρησκείας)*[14]) *καὶ περὶ μετοικήσεως*[15]) *τῆς ἐντεῦθεν καὶ περὶ τὰς ταφὰς πῶς δεῖ καταθάπτεσθαι.*

---

[12]) De tota re cf. praeter Zeller. l. l. imprimis E. Rohde, M. Rh. XXVI p. 554 sqq. et G. Grote, hist. of Greece IV, 407 (germanice Berlin 1881: II, 613 sqq.) [Rohde, Psyche 390/91.]

[13]) cf. Rose, Ar. ps. frg. 8. p. 37. et e. gr. Herodot. IV, 95: *Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ.* cf. Plutarch. VII sap. conviv. 2 sqq.

[14]) Lacunam, quam post verba *τάς τε ἄλλας* hiare recte observavit Nauckius ad h. l., explendam esse puto verbis *θεῶν θρησκείας*; celebrantur enim dei non solum sacrificiis, sed etiam aliis multis rebus, quae continentur verbis *θεῶν θρησκείας* cf. Jambl. v. P. p. 24, 11; 100, 6; 17, 8 ed. Nauck. Satis mirum est, quod *περὶ* praepositio ter cum accusativo coniungatur (*περὶ θυσίας, τὰς ἄλλας [θεῶν θρησκείας], περὶ τὰς ταφάς*), semel cum genitivo (*περὶ μετοικήσεως*); id quod explicaverim ex neglegentia quadam scriptoris, qui pro genitivo, quem praebet usitata dicendi ratio *περὶ τῶν θυσιῶν πῶς χρὴ ποιεῖσθαι* scil. *τὰς θυσίας, κτλ.*, quae deducenda est ex fictiva et primitiva forma *περὶ πῶς χρὴ ποιεῖσθαι τὰς θυσίας, κτλ.*, accusativum, qui a verbo pendet, praepositionis vi neglecta non mutatum ad *περὶ* addiderit.

[15]) De voce *μετοίκησις ἡ ἐντεῦθεν* cf. Plat. Apol. Socr. 40 C. Phaed. 117 C. [cf. Rohde, Psyche 428, 2.]

Discimus ex hac Jamblichi de acusmatis Pythagoricis disputatione primum quidem Pythagoram non philosophis Graecis adnumerandum esse, sed eis viris, qui vulgo septem sapientes vocantur, quorum docendi rationem imitatus sit Pythagoras; deinde argumenta acusmatum a Pythagora discipulis traditorum non versari in philosophia, quam posteri Pythagorei, ut Philolaus alii, Pythagorae tribuunt, numerorum dico doctrinam mundique universi constructionem mathematicam et physicam, sed in praeceptis, quae sunt imprimis de animarum migratione (et immortalitate), de sacrificiorum caeremoniis, de sodalium sepultura,[16]) i. e. eis observandis, qui totam vitae rationem deorum religioni accommodarent. Numerorum studium his in praeceptis frustra quaesieris, nisi forte initia numerorum contemplationis, qualem posteri Pythagorei tractabant, ea in re invenies, quod superstitiosa magis quam philosophica ratione ei numeri spectantur, quos rotundos nominare solemus, ut ternium, quaternium, alios.

Quae quam bene quadrent ad ea, quae ex testibus fide dignis de ipsius Pythagorae et persona et doctrina comperimus, neminem fugiet; quare si recte disputata sunt, quae proferunt V. Rose et E. Rohde de Aristotele Jamblichi vel Nicomachi auctore, Aristoteles eandem habuit de vetustissimi Pythagoreismi indole et forma opinionem, quam nostri saeculi viri docti testium fide examinata probant. Probabile vero est colligere porro ex eis, quae disputavimus, et acusmata vetustissima fuisse societatis Pythagoricae vel ipsius Pythagorae praecepta et certiorem inde hauriri posse de ipsius Pythagorae doctrina et institutis notitiam.

Atque firmatur haec de acusmatum natura opinio eis, quae Jamblichus Nicomachum secutus — Rohde, M. Rh.

---

[16]) Acusmatis contineri praecepta quaedam religiosa ad sacrificiorum caeremonias etc. spectantia vidit iam Alexandrum (Polyhistorem cf. Freudenthal, Alexander Polyhistor p. 20) ap. Laert. Diog. VIII, 33 respiciens Lobeck, Aglaophamus p. 248. 249. cf. E. Rohde, Mus. Rhen. XXVI, 561, 1. Zeller p. 324, 2.

XXVII, 33 — narrat de duabus Pythagorae discipulorum classibus: vit. Pyth. § 81 [cf. Nauck, proleg. et add. p. LXVIII] § 87. 88 (= de com. math. scient. p. 76 ed. Festa) *δύο δ' ἐστὶ τῆς Ἰταλικῆς φιλοσοφίας εἴδη, καλουμένης δὲ Πυθαγορικῆς· δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν, οἱ μὲν ἀκουσματικοί, οἱ δὲ μαθηματικοί. τουτωνὶ δὲ οἱ μὲν ἀκουσματικοὶ ὡμολογοῦντο Πυθαγόρειοι εἶναι ὑπὸ τῶν ἑτέρων, τοὺς δὲ μαθηματικοὺς οὗτοι οὐχ ὡμολόγουν, οὐδὲ τὴν πραγματείαν αὐτῶν εἶναι Πυθαγόρου, ἀλλ' Ἱππάσου· τὸν δὲ Ἵππασον οἱ μὲν Κροτωνιάτην φασίν, οἱ δὲ Μεταποντῖνον. ἔστι δὲ ἡ μὲν τῶν ἀκουσματικῶν φιλοσοφία ἀκούσματα ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγου, ὅτι οὕτως πρακτέον, καὶ τἄλλα ὅσα παρ' ἐκείνου ἐρρέθη, ταῦτα πειρῶνται διαφυλάττειν ὡς θεῖα δόγματα, κτλ.* — sequitur docta illa de acusmatis disputatio, cuius argumentum iam attuli, a Val. Rose et E. Rohde Aristoteli vindicata — § 87. *οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα τῶν Πυθαγορείων τούτους τε ὁμολογοῦσιν εἶναι Πυθαγόρου, καὶ αὐτοί φασιν ἔτι μᾶλλον ἢ ἃ λέγουσιν αὐτοὶ ἀληθῆ εἶναι· τὴν δὲ αἰτίαν τῆς ἀνομοιότητος τοιαύτην γενέσθαι φασίν* et quae seq.; nam cum acusmatici Pythagorae discipuli non solum ipsi contenderent se genuinos Pythagorae discipulos esse, sed etiam a mathematicis inter Pythagoreos numerarentur, dubium non est, quin ipsi Pythagorei, quos sequebatur Nicomachus, putaverint *ἀκούσματα*, a quibus haud dubie nomen acceperunt acusmatici, ad ipsum redire Pythagoram; ea autem in re inter se differebant, quod mathematici Pythagoram praeter acusmata alias quoque res docuisse discipulos opinabantur, acusmatici autem acusmata totam ipsius Pythagorae doctrinam continere contendebant. Patet igitur ex eis, quae supra disputavi, acusmaticis adsentiendum esse, et mathematicorum, qui vocantur a Nicomacho, doctrinam ab ipso Pythagora re vera esse alienam.

Quid vero omnino de Nicomachi duarum classium distinctione iudicandum sit, dubium est. Zeller, hist. phil. gr. I, 1 [5] p. 329 inventam eam esse censet a Neopythagoreis, ut sapientiam suam Platoni imprimis et Aristoteli debitam — cf. Moderat. ap. Porph. V. P. 53 — ipsius Pythagorae nomine ornarent; sed omnis sapientia, quam didicerunt se-

cundum Nicomachum Pythagorae discipuli, cum ex acusmatis constaret et mathematis (unde nomen utrisque venit) veteribus iam Pythagoreis notis, non poterat a Neopythagoreis Pythagorae substitui; quare ad eos Nicomachi classium distinctio redire nequit, ad quos melius fortasse reduxeris trium classium Pythagoricarum distinctionem, quam refert Taurus, philosophus Platonicus, apud Gell. n. a. I, 9; *ἀκουστικοὶ* enim et *μαθηματικοὶ* respondere videntur Nicomachi *ἀκουσματικοῖς* et *μαθηματικοῖς*, *φυσικῶν* vero *πραγματεία* eam fortasse amplexa est doctrinam, quam Neopythagorei addiderunt propriae veterum Pythagoreorum doctrinae. Rectius E. Rohde — Mus. Rhen. n. s. XXVI, 560 — hac distinctione notari opinatur discrimen, quod re vera exstabat inter veteres Pythagoreos neque vero tantum erat, ut altera classis alteri abiudicaret originem Pythagoricam.

Ex eis, quae supra disputavi, elucet totam ipsius Pythagorae doctrinam, ad *Πυθαγόρειον τρόπον τοῦ βίου* — Plat. leg. X p. 600 B — spectantem, propagatam esse acusmatis. Quare si qua fides habenda est eis, quae de esotericis et exotericis Pythagorae discipulis narrantur — atque eiusmodi distinctionem redire usque ad ipsum Pythagoram multis de causis verisimile est —, necesse est has classes distulisse non varia doctrina, ita ut ineruditis oppositi sint eruditi, sed varia ratione, qua utraque classis de eisdem praeceptis instituta sit. Narrat vero Nicomachus ap. Jambl. v. P. 88 acusmaticis, quos vocat, *διαλεχθῆναι Πυθαγόραν ψιλῶς* ...., *καὶ ἄνευ τῆς αἰτίας, εἰδότας τί δεῖ πράττειν* — et fidem habendam esse his verbis elucet ex eis, quae de diuturno novitiorum silentio etc. narrantur e. gr. ap. Gell. I,9; acusmatici ergo erant novitii —, mathematicis vero *ἐντυγχάνειν αὐτὸν δι' ἀποδείξεως καὶ τῶν μαθημάτων·* differebant igitur exoterici discipuli, quos *ἀκουστικοὺς* vel *ἀκουσματικοὺς* (= *ἀκούοντας*) nominatos esse per se nihil obstat quin putemus, ab esotericis h. e. *μαθηματικοῖς* (= *μανθάνουσιν*) ita ut, quod exoterici sine ulla argumentatione quasi dogma acciperent, esotericis probaretur et demonstraretur.

Postea vero, cum ex studiis mathematicis et physicis, quorum quasi primordia conspiciuntur in acusmatis, exorta

esset philosophia Pythagorica, non iam sola disciplinae ratione differebant acusmatici a mathematicis, sed etiam disciplinae materia; philosophia enim Pythagorica solis mathematicis patebat et nota erat; omnes vero continebantur eadem vitam degendi ratione a Pythagora instituta ideoque omnes colebant acusmatum praecepta, quibus *Πυθαγόρειος τρόπος τοῦ βίου* regebatur.

Cum vero ipsa societas Pythagorica periisset — i. e. post Aristoxeni auctores, Xenophilum etc.; cf. Menag. ad L. D. adnot. ed. Hübner II p. 342 — neque iam discrimen, quod intercessit inter acusmata et philosophiam Pythagoricam, occultaretur sive componeretur communi vitam degendi ratione, viri docti, qui societatis historiam tractaverunt, cum Pythagorae adscripta viderent praecepta nusquam inter se cohaerentia, acusmata scilicet ex religiosa et superstitiosa origine repetenda et philosophiam Pythagoricam studiis mathematicis et cogitatione philosophica conquisitam, has varias doctrinas distribuendas esse putaverunt inter duas Pythagoreorum classes ideoque acusmata adscripserunt acusmaticis, philosophiam Pythagoricam mathematicis, 'μάθημα' vocem, primitus usurpatam de cognitione (scil. acusmatum), peculiariter usurpantes de studiis mathematicis.*)

Atque haec virorum doctorum sententia servata est apud Nicomachum, ut ex accurata in eius fontes inquisitione elucet.

Contexti sunt apud Nicomachum duo auctores, qui simili cum studio et vehementia — nam verum neuter sciebat — alter acusmaticorum iura defendebat, alter mathematicorum principatum demonstrare temptabat. Acusmaticorum vero defensor hausit ea ex disputatione — cf. p. 3 —, quam recte, ut postea demonstrabitur, Rose et Rohde Aristotelicis fragmentis adnumeraverunt, et praeterea fortasse

---

*) [similiter iudicat de Pythagoreorum classibus E. Rohde, Psyche p. 463, quo libro tum demum uti poteram, cum ipse opusculum confeceram.]

ex libris Hippaso Pythagoreo subditis — cf. Demetrium ἐν ὁμωνύμοις ap. L. D. VIII, 84 —, siquidem ea ex re, quod ad Hippasum redire contendunt acusmatici μαθηματικῶν πραγματείαν, concludere licet hanc narrationem fluxisse ex libris Hippaso adscriptis. Mathematici vero, cum acusmaticos veros esse Pythagorae ipsius discipulos negare non possent, ipsos ἔτι μᾶλλον ἢ ἃ λέγουσιν αὐτοὶ ἀληθῆ εἶναι eius praecepta servare pronuntiabant, argumentorum penuriam audacia celantes, Pythagoricum illud αὐτὸς ἔφα imitati; argumenta enim conquirere coacti in suum usum transformaverunt, quae nota erant de duabus Pythagorae discipulorum classibus, et acusmaticos ipsi Pythagorae fuisse finxerunt τοὺς πρεσβυτέρους καὶ ἀσχόλους κτλ. (Jambl. v. P. p. 65,11 sq. N), mathematicos autem τοὺς νεωτέρους καὶ δυναμένους πονεῖν καὶ μανθάνειν (p. 66,1 sq. N), sic mathematicorum principatum iam ab ipso Pythagora deducentes. Imprimis autem removenda erat Aristotelis auctoritas, qua nitebantur acusmatici, ideoque testis aliquis enucleandus Aristotele fide dignior. Hic vero testis erat Heraclitus, ut sequitur mea quidem opinione ex his Nicomacheae disputationis verbis (p. 78,1 sqq. Festa; p. 66,9—12 Nauck) λέγουσι δὲ οἱ Πυθαγόρειοι ἐξενηνέχθαι γεωμετρίαν οὕτως· ἀποβαλεῖν τινα τὴν οὐσίαν τῶν Πυθαγορείων, ὡς δὲ τοῦτο ἠτύχησε, δοθῆναι αὐτῷ χρηματίσασθαι ἀπὸ γεωμετρίας· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ γεωμετρία πρὸς Πυθαγόρου ἱστορία.

Disputavit hac de re Tannery, Archiv für Geschichte der Philosophie I, 28 sqq., cuius sententia cum eis refutatur, quae Zeller affert p. 330, 2, tum ea re, quod codicis Florentini auctoritate — cf. Festa ad h. l.; Nauck, proleg. et add. p. LXVIII — scriptura commendatur Kiesslingianae, quam sequitur Tannery, plane contraria.

Difficultatem praebent verba ἐκαλεῖτο . . . . . ἱστορία, non verborum structura, nam quae protulit Tannery contra Obrechti versionem: „vocabatur autem geometria a Pythagora historia", inania sunt — cf. Kühner, Gr. Gram.[2] II, 1. § 444, 2 c, γ, β —, sed argumento; quod intellegemus collato Heracliti fragmento ap. L. D. VIII, 6 servato — frg. 17 Byw. — Πυθαγόρης Μνησάρχου ἱστορίην ἤσκησεν

ἀνθρώπων μάλιστα πάντων, καὶ (ἐκλεξάμενος ταύτας τὰς συγγραφάς — rectius mihi videtur Gomperz, Sitzungsberichte der Wien. Akad. hist. phil. Class. 1887, 1003 omnia haec verba Heraclito abiudicare, quam Zeller, Sitzungsb. d. Berl. Akad. 1889, 986 pro ταύτας τὰς συγγραφὰς substituere ταῦτα—) ἐποίησεν ἑωυτοῦ σοφίην, πολυμαθίην, κακοτεχνίην. Probro his vertit Heraclitus Pythagorae, quod is, qui omnium hominum maxime exercuisset studia, ex eis fecisset sapientiam, quae re vera esset πολυμαθίη, κακοτεχνίη. Quae verba quid significent ab Heraclito usurpata, elucet ex frg. 124; deridet enim Heraclitus religiosam Pythagorae doctrinam — cf. Zeller l. l. Rohde, M. Rhen. XXVI, 557 —; a mathematicis vero aliter explicata sunt, nam cum ipsum Pythagoram μαθήματα docuisse et putarent et demonstrare cuperent, Heracliti opprobrio notari crediderunt mathematicam Pythagorae scientiam et ἱστορίην Pythagorae ab Heraclito adscriptam facili errore acceperunt pro μαθήμασι, μαθήματα vero eis erant γεωμετρία etc.; vocabatur igitur γεωμετρία secundum Heraclitum a Pythagora ἱστορία. Quare Heracliti auctoritate constitit Pythagoram docuisse μαθήματα i. e. γεωμετρίαν etc. Sic Aristotelis auctoritas Heracliti testimonio debilitata videbatur. Ex L. D. VIII, 6 videmus eodem Heracliti fragmento usos esse falsarios aliquos — tertio ante Chr. n. saeculo, cf. Diels, Archiv f. Gesch. d. Phil. III, 451 sqq. —, ut libris suis Pythagorae substitutis — ionica dialecto conscriptis, cf. Diels — fidem et auctoritatem adderent; num ad hunc librum redeat Heraclitei fragmenti explicatio a Nicomacho servata, difficile est dictu; intercedunt haud dubie nonnullae similitudines inter utrumque auctorem, nam similiter atque mathematicorum principatus defensor, φυσικοῦ illius συγγράμματος auctor summa cum vehementia suam Heracliti interpretationem defendit: Ἡράκλειτος γοῦν ὁ φυσικὸς μονονουχὶ κέκραγε καί φησι κτλ. — Diels 452 — et similem in modum argumentorum penuriam occultat asseveratione: οὐ μα τὸν ἀέρα, τὸν ἀναπνέω, οὐ μα τὸ ὕδωρ, τὸ πίνω, οὔκοτ' — Diels 453 — οἴσω ψόγον περὶ τοῦ λόγου τοῦδε; sed hac ex re vix concludere licet inter se cohaerere Nicomachi auctorem, qui ex Heracliti verbis sibi

comparavit testimonium, quo mathematica ipsius Pythagorae studia affirmarentur, et falsarium illum, qui eo usus est, ut libris suis spuriis afferret auctoritatem; id vero mihi constare videtur Nicomachi verbis *ἐκαλεῖτο δὲ ἡ γεωμετρία πρὸς Πυθαγόρου ἱστορία* subesse Heracliti interpretationem supra propositam.

Videmus igitur Nicomachi auctores ad sententias suas probandas usos esse et Aristotelis de acusmatis disputatione et fortasse libris nonnullis pseudopythagoreis. Quare p o s t A r i s t o t e l e m Nicomachi distinctio instituta sit necesse est, et, ut supra exposui, a n t e N e o p y t h a g o r e i s m i t e m p o r a; redit igitur ad virorum doctorum studia, qui societatis Pythagoricae historiam tum optime se narrare putaverunt, cum omnia, quae de Pythagorae persona doctrina institutis compererant, etiamsi adeo inter se pugnaverunt, ut nullo pacto conciliari possent, tamen aliqua ratione coniuncta et in unum quasi corpus redacta referebant. Fides vero est habenda in Nicomachi disputatione eis, quae ex Aristotele fluxerunt, quibus firmantur, ut supra exposui, quae aliunde de ipsius Pythagorae doctrina et de vera acusmatum indole constant.

Colligenda igitur sunt et explicanda quaecumque apud auctores occurrunt acusmata.

II.

De ratione et via in acusmatis colligendis observanda.

Nicomachus ap. Jambl. v. P. 86 N. narrat — fortasse ex Aristotele — de acusmatis haec: *ἐπὶ ἐνίων μὲν οὖν ἐπιλέγεται τί δεῖ*[1]*, οἷον ὅτι δεῖ τεκνοποιεῖσθαι ἕνεκα τοῦ καταλι-*

[1]) Fortasse cum Nauckio pro *τί δεῖ* scribendum est, deleto *δεῖ* verbo, *ἐπιλέγεταί τι*.

πεῖν ἕτερον ἀνθ' ἑαυτοῦ θεῶν θεραπευτήν. τοῖς δὲ οὐδεὶς λόγος πρόσεστι. καὶ ἔνια μὲν τῶν ἐπιλεγομένων δόξει προσπεφυκέναι ἅπερ ἂν ῇ, [1]) *ἔνια δὲ πόρρω · οἷον περὶ τοῦ τὸν ἄρτον μὴ καταγνύναι, ὅτι πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν οὐ συμφέρει . αἱ δὲ προστιθέμεναι εἰκοτολογίαι περὶ τῶν τοιούτων οὐκ εἰσὶ Πυθαγορικαί, ἀλλ' ἐνίων ἔξωθεν ἐπισοφιζομένων [καὶ πειρωμένων] προσάπτειν εἰκότα λόγον, οἷον καὶ περὶ τοῦ νῦν λεχθέντος, διὰ τί οὐ δεῖ καταγνύναι τὸν ἄρτον · οἳ μὲν γάρ φασιν ὅτι οὐ δεῖ τὸν συνάγοντα διαλύειν · τὸ γὰρ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἕνα ἄρτον συνῄεσαν οἱ φίλοι · οἳ δ' ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον καταγνύντα καὶ συντρίβοντα.* Quibus ex verbis comperimus una cum nonnullis acusmatis circumlata esse *λόγους* vel *εἰκοτολογίας*, quorum duo distinguuntur genera, alterum ex verae acusmatum naturae cognitione repetitum — talis enim sententia subesse debet vitiosis verbis *δόξει προσπεφυκέναι ἅπερ ἂν ῇ*, ut elucet ex exemplo allato, nam, quamquam non intellego, quid significet icotologia *ὅτι πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν οὐ συμφέρει*, tamen vera haud dubie acusmatis origo ea occultatur; talibus enim in rebus ea ratio, quae non iam intellegitur, primitiva esse solet —, alterum longius arcessitum et acusmatis additum non ab ipsis Pythagoreis, sed ab extraneis quibusdam, ut idoneam comprehendant rationem.

Quibus cum verbis optime conveniunt, quae paulo post § 87 ex eodem Nicomacho refert Jamblichus de Hippomedontis *Πυθαγορείου τῶν ἀκουσματικῶν* dicto, *ὅτι πάντων τούτων ἐκεῖνος* (sc. *Πυθαγόρας*) *λόγους καὶ ἀποδείξεις εἶπεν, ἀλλὰ διὰ τὸ παραδεδόσθαι διὰ πολλῶν καὶ ἀεὶ ἀργοτέρων τὸν μὲν λόγον περιῃρῆσθαι, λελεῖφθαι δὲ αὐτὰ τὰ προβλήματα.* Pythagoras igitur ipse omnibus acusmatis subiecit rationes.

Quare cum ad acusmata explicanda permultum valeant haud dubie icotologiae ad ipsos Pythagoreos redeuntes (h. e. quae derivant acusmata ex origine religiosa vel superstitiosa), una cum acusmatis colligendae sunt earum interpretationes;

---

[1]) Recte adnotat N. verba vitiosa esse; quomodo sananda sint, non video.

in ipsis vero acusmatis colligendis id praecipue offendit, quod permulta eorum dictorum, quae Jamblichus l. l. ἀκούσματα vocat, et ab ipso Jamblicho et ab aliis auctoribus multis aliis continentur titulis, quos enumeravit Göttling, qui nuper de symbolis Pythagoricis egit: Gesammelte Abhandlungen aus dem klass. Altertum I, 278 sqq., II, 280 sqq.; nominantur enim etiam σύμβολα, αἰνίγματα, προβλήματα, γρίφοις ἐοικότα, μῦθοι, τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις, τὰ ἐν πάνυ ἀποῤῥήτοις, παραγγέλματα, λόγοι vel tale quid. Quorum titulorum provenire ex genuino Pythagoreorum usu et sermone ἄκουσμα et σύμβολον recte observavit Göttling; reliqui omnes aliis ex regionibus ad dicta Pythagorica translata sunt.

Falsa vero sunt et refutanda, ut primus vidit E. Rohde, Mus. Rhen. n. s. XXVI, 561 not.; XXVII, 33 not., quae ex duplici hoc dictorum Pythagoricorum nomine conclusit Göttling, duobus illis titulis contineri duo quoque dictorum Pythagoricorum genera vel classes eamque intercedere inter has classes differentiam, ut ἀκούσματα et quod idem valeat παραγγέλματα et ἀποφάσεις, vocentur ea dicta, quae proverbiis similia et ex communi Graecorum dicendi usu in societatis Pythagoricae praecepta assumpta etiam hominibus in societatis coetum non adhibitis patuerint, σύμβολα vero, quibuscum coniungantur nomina αἰνίγματα, προβλήματα, γρίφοις ἐοικότα, μῦθοι, alia, dicantur ea, quae, cum proprius eorum sensus veraque significatio aenigmatica quadam forma obscurata sint, praeter ipsos Pythagoreos nemini tradita sint aut fuerint perspicua.

Ipsi enim auctores veteres, quibus dicta Pythagorica debemus, numquam inter acusmata et symbola distinguunt, sed et his titulis et ceteris omnibus, quos enumeravi, promiscue semper et sine ullo discrimine utuntur. Sic dictum Pythagoricum, quod Jamblichus vit. Pyth. § 84 N. ἄκουσμα nominat: οὐ δεῖ τὰς λεωφόρους βαδίζειν ὁδοὺς κτλ. eodem libro § 105 fin. vocatur σύμβολον, paulo mutatis verbis: τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε· et omnia fere acusmata, quae enumerantur vit. Pyth. §§ 82—86 et § 140, in secundo libro de secta Pythagorica conscripto — cf. Nauck, praefat. ad Jambl. v. P. p. XXXIV —, qui in-

scribitur *προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν*, appellantur symbola. Sic quae apud Laert. Diog. VIII, 17 et Porphyr. v: P. 42 *σύμβολα* dicuntur, a Ps. Plutarcho de educat. puer. 17, a Demetrio Byzantino *ἐν τετάρτῳ περὶ ποιημάτων* ap. Athenaeum X, 452 d. e., ab Androcyde ap. Tryphonem *περὶ τρόπων* (ed. Walz, rhet. graec. VIII, 734 sqq.; Spengel, rh. gr. III, 193/94) *αἰνίγματα* nominantur, quamvis, ut postea demonstrabitur, haud dubie ex eodem fonte omnes hi auctores hauserint, ut e. gr.

ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν·
ἐπὶ χοίνικος μὴ καθῆσθαι·.
πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν· alia.

Permulta porro horum dictorum, quae hic vel *σύμβολα* vel *αἰνίγματα* vocantur, apud Jambl. v. P. 82 sqq. *ἀκούσματα* nominantur, ut: *οὐ δεῖ τὰς λεωφόρους βαδίζειν ὁδοὺς κτλ.*

φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, συνεπιτιθέναι δέ·
ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεοῦ μὴ περιφέρειν etc.

Atque eodem modo Plutarcho quaest. sympos. VIII,7 et alibi multa dicta Pythagorica sive *ἀκούσματα* sive *σύμβολα* sive *αἰνίγματα*, quae ab aliis auctoribus appellantur, *παραγγέλματα* sunt; et eadem ratione usurpantur et de symbolis et de acusmatis verba *παραγγέλλειν* et *παρεγγυᾶν*, ut ap. L. D. VIII, 20; Porph. v. P. 34; alios. Praeceptum Pythagoricum a Platone commemoratum Phaed. p. 62 B *ὁ μὲν οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενος* . . . . .*. *λόγος ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν κτλ.* ab Olympiodoro in huius loci interpretatione symbolum Pythagoricum dicitur; et quod Aristoteles ap. Jambl. v. P. 31 dicit *διαφυλάττεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς πάνυ ἀποῤῥήτοις*, ipse Aristoteles apud eundem Jamblichum 140 — nam tribuendus est haud dubie hic locus Aristoteli — nominat *ἄκουσμα*.

Ex quibus exemplis, quorum numerus facili opera augeri potest, elucet ex veterum dicendi usu Göttlingi inter *σύμβολα* et *ἀκούσματα* distinctionem repeti non posse; quam etiam ex argumenti diversitate frustra elicere conatus est. Nullum enim intercedit discrimen inter *σύμβολον*, quod laudat Göttling quartum p. 301: *παρὰ θυσίᾳ μὴ ὀνυχίζου*, ex

Jamblichi protreptico depromptum, et tertium Göttlingi ἄκουσμα p. 290: ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει[3]), quod vit. Pyth. 85 nominat Jamblichus ἄκουσμα, in protreptico vero c. XXI p. 106 fin. ed. Pistelli σύμβολον: praecepta enim sunt de munditia iu sacrificando observanda, similia Hesiodi monito op. et dies v. 742/43:

Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ.

Eadem igitur dicta ab auctoribus nostris sine ullo discrimine vocantur ἀκούσματα sive σύμβολα; quaeritur vero, num ipse iam Pythagoras praecepta sua his duobus titulis continuerit, de qua re iudicare licebit accuratius perpensa harum vocum natura.

Ἄκουσμα autem derivatum ab ἀκούω proprie valet — cf. Stephanum thes. ling. graec. s. v.; I. H. H. Schmidt, Synoymik der gr. Sprache I, 12, 6 p. 280 — auditio discipuli, h. e. id quod audit discipulus e praeceptore. Atqui constat Pythagoram omni litterarum auxilio spreto discipulos solo vivido instituisse sermone, ipsos vero discipulos sine ulla argumentatione sapientiam eius accepisse et quasi dei effata veneratos esse; optime igitur talis disciplina ἄκουσμα voce describitur, et Göttlingio adsentiemus, qui sic ut ὁμάκοοι, ὁμακοεῖον etc. propriam Pythagoreorum vocem esse putat ἄκουσμα.

Ab ἄκουσμα voce derivatum est — cf. p. 5 — acusmaticorum nomen, quo Pythagoras ipse designasse videtur discipulos, οἷς ψιλῶς καὶ ἄνευ τῆς αἰτίας — cf. p. 5 — διελέχθη, aliter atque mathematicos, οἷς δι' ἀποδείξεως καὶ τῶν μαθημάτων ἐνετύγχανεν. Postea vero — post Aristotelis aetatem — cum a viris doctis (Alexandrinis) tributa est mathematicis philosophia Pythagorica, ad quam praeparare putabatur acusmaticorum sapientia, aliam accepit ἄκουσμα significationem; amplexa enim est non solum acusmata Pythagorae, sed etiam introductionem mathematicam, ut videmus ex Porphyrio v. P. 37 Nauck[2]: μαθηματικὰ δὲ τὸν περιττό-

---

[3]) cf. Lobeck, Aglaopham. p. 249.

τερον καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπιστήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες, ἀκουσματικοὶ δ' οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδεις ὑποθήκας τῶν γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέρας διηγήσεως ἀκηκοότες. (ex quonam fonte fluxerint haec Porphyrii verba dubium est — cf. Rohde, der griech. Roman p. 255 not. — fortasse ex Nicomacho?).

Σύμβολον autem vel *σύμβολος* varia significatione occurrit secundum aut passivam aut activam stirpis *βολ* — notionem. Activam enim vim agnoscimus in his:

a) occurrens, obvius (Aeschyl. Suppl. 502) etc.

b) omen i. e. id quod obviam venit — Stephanus p. 1060 B fin. — cf. Philochorum ap. Schol. ad Pind. Olymp. XII, 10 — Müller FHGr. I, p. 416 frg. 198/99 — *Φιλόχορος δὲ τὰς ἐκ φήμης μαντείας τουτέστι κληδόνας καὶ πταρμοὺς ἢ φωνὰς ἢ φήμας ἢ ἀπαντήσεις σύμβολά φησι λέγεσθαι· κτλ.* Etym. magn. ed. Gaisford s. v. *σύμβολον*: *εἴρηται δὲ σύμβολον ἐκ τοῦ συμβάλλειν καὶ ἐξ ὑπαντήσεως προσπίπτειν.*

c) *σύμβολα* idem quod latine confluentes h. e. locus quo confluunt flumina — Pausan. VIII, 24, 1. —

Contra passiva stirpis natura explicabimus usitatissimam huius vocis notionem, ubi symbolum est res, quae confertur. Cuius usus haec perlustres exempla:

1. a) pars, h. e. res, quae cum altera coniecta totum aliquid efficit; sic saepius apud Aristotelem — cf. Bonitz, ind. Arist. p. 715b 1—8 —; exemplum celeberrimum afferam ex Platone, qui in convivio Aristophanem dicentem facit p. 191 D (ed. Herm.) *Ἕκαστος οὖν ἡμῶν ἐστὶν ἀνθρώπου ξύμβολον, ἅτε τετμημένος ὥσπερ αἱ ψῆτται, ἐξ ἑνὸς δύο· ζητεῖ δὴ ἀεὶ τὸ αὑτοῦ ἕκαστος ξύμβολον κτλ.*; alia exempla affert Stephan. p. 1060 C. D, qui vero saepius hanc veram *συμβόλου* vocis significationem non vidit. [4])

---

[4]) **Num *σύμβολον* significaverit umquam : id quod confertur, collecta — id quod negat Stephanus 1061 A. B. — dubium est; vulgo hac notione usurpatur nomen *συμβολή*, quod mirum est, nam exspectamus *συμβολήν* actionem conferendi, *σύμβολον* vero rem collatam notare, quod primus — haud feliciter — distinguere temptavit Suicerus, thesaurus ecclesiast. II p. 1081 sqq. (edit. altera).**

b) Ab hac „partis" significatione deducendae sunt haud dubie omnes aliae, in quibus symbolum idem ist, quod latine signum vel nota; nam tum demum res aliqua fit signum occultae cuiuspiam rei, cum συμβάλλεται h. e. cum altera coniungitur, velut tessera hospitalis — cf. Stephan. VII, 1059 D —; vel repraesentatur, ut tessera nummaria (1060 A), frumentaria, theatralis (1060 B; Cass. Dio 49, 43); vel conspicitur, ut signum (insigne) militare, insignia imperatoria, imperii, principatus, signa dignitatis (1059 B), navium insignia (1059 A); vel auditur, ut signum, quod imperator exercitus dat militibus suis, quo invicem se agnoscant (= σύνθημα, tessera).

c) Atque his ex significationibus facile oriri potuit usitatissima illa notio, qua σύμβολον omnino valet, signum (1058 C. D), indicium et argumentum (1059 A), cf. Bonitz, ind. Arist. 715 b 12—19.[5])

2. Praeterea vero σύμβολον rem significat, quae conferendo efficitur; hac enim ex significatione orta est notio pacti vel conventi (Stephan. p. 1061 B. C. D., Bonitz, ind. Arist. 715 b 8—11), ut συμβάλλω peculiariter usurpatum valet paciscor; nam id quod paciscendo efficitur, pactum est; id quod confertur, singulae huius pacti sunt condiciones. Eodem fortasse sensu usurpatur σύμβολον de symbolis ecclesiasticis, si vera est Augustini, serm. de temp. 115 explicatio, σύμβολον vocatum esse symbolum Apostolicum, „quia collata in unum totius catholicae legis fides symboli brevitate colligitur"; sed hac de re dubitari potest; fortasse nomen acceperunt inde, quod velut tessera militari veri Christi milites intergnosci potuerunt symbolis (1059 C). Nihil nisi signum valet symbolum peculiariter ab ecclesiasticis

---

[5]) cf. Otfr. Müller, Prolegomena zu einer wissenschaftl. Mythologie p.268 -- cf. p. 269 — : Symbol ist ein äusseres, sichtbares Zeichen, an welches sich eine geistige Regung, Gefühl oder Gedanke knüpft. Diese Anknüpfung des Gedankens an das Zeichen war, wo sie stattfand, dem Volke natürlich und notwendig, und sie geschah unwillkürlich, und in diesem geglaubten realen Zusammenhang des Bezeichneten und des Zeichens hat das Symbol sein Wesen.

scriptoribus usurpatum — cf. Suicer. l. l. —, velut de aqua in baptismo, de pane et vino in cena, h. e. de visibilibus signis in sacramentis, et de ipsis sacramentis; apud recentiores Graecos valet σύμβολον, ut Suicerus docet, signum, quo pulsato congreguntur Graeci in templa.

Acusmata vero Pythagorica vocari potuerunt σύμβολα neque eodem sensu, quo symbola ecclesiastica fortasse nominata sunt σύμβολα, i. e. breves formulae, in quas collata erant omnia huius fidei dogmata; nam unumquodque acusma erat σύμβολον, non totum quasi corpus acusmatum; neque eodem sensu, quo, sicut nummi vel tesserae, vocantur σύμβολα figurae illae Pythagoricae, ut πένταλφα ap. Lucian. de salut. c. 5 — cf. Schol. ad Aristoph. nub. 611: I,249 Dindf. — et fortasse, ut Krische putat, de societat. a Pyth. in urbe Croton. condit. scop. politico p. 44, gnomon; (haec enim symbola figurae sunt, non sicut acusmata praecepta et enuntiata) neque eodem sensu, quo nunc Latomorum insignia vocantur σύμβολα, h. e. signa solis initiatis nota, quibus se invicem agnoscant — cf. Lobeck, Aglaoph. 23*) — nam tum esse debebant dicta Pythagorica voces caballisticae, praeter initiatos nemini perspicuae; acusmata vero erant praecepta religiosa, magnam ad partem ex communi omnium Graecorum superstitione in Pythagoricam doctrinam recepta — cf. p. 12 —; praetereaque tantus eorum erat numerus, ut de tali eorum condicione et vi cogitari non potuerit. Adhiberi igitur potuit vox σύμβολον ad acusmata Pythagorica ea sola significatione, ut signa ea esse putarentur occultae cuiuspiam et mysticae sapientiae, artificiosa interpretatione ex eis eliciendae; acusmata igitur erant σύμβολα ei, qui veram eorum indolem et originem ignorans vel neglegens alium eis subesse putabat sensum, atque quem ipsa verba acusmatis indicebant; potuerunt ergo tum demum acusmata vocari σύμβολα, cum vera eorum natura vel ignoraretur vel sperneretur; acusma est praeceptum ἄρτον μὴ καταγνύναι ap. Jambl. v. P. 86 ei, qui explicat ὅτι πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν οὐ συμφέρει — cf. p.

*) [Rohde, Psyche 512,3]

11. —, σύμβολον ęi, qui ἔξωθεν ἐπισοφιζόμενος προσάπτειν εἰκότα λόγον explicat ὅτι οὐ δεῖ τὸν συνάγοντα διαλύειν κτλ.

Veram enim dictorum Pythagoricorum originem religiosam et superstitiosam is solus perspexit, qui ἀκούσματα ea vocavit; profundiorem quendam et a vera eorum indole alienissimum sensum cum eis coniunxit is, qui συμβόλου notionem eis vindicavit. Eadem autem ratione de aliis illis vocibus iudicandum est, quibus haec praecepta notantur; aenigmatum enim nomen qui primus ad acusmata adhibuit, privavit ea, solam aenigmaticam formam observans, omni Pythagorico quasi colore; tunc παραγγέλματα si vocabantur, transiere ad mera praecepta ethica, τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις denique sive τὰ ἐν πάνυ ἀποῤῥήτοις a talibus appellabantur, qui ea quasi Orphica quaedam praecepta pertinere voluerunt ad arcana quaedam et abscondita mysteriorum sacra. Teneamus igitur veram eorum naturam neminem perspexisse, nisi qui acusmata ea nominavit. Quando vero orta sit falsa acusmata interpretandi ratio, vix decernere possumus; cohaeret origo nominum illorum haud dubie cum mutata totius Pythagoreismi natura, qui ex societate religiosa factus est secta philosophica. Is autem, qui primus tantopere ab ipsius Pythagorae vestigiis secessit, Philolaus fuisse videtur, qui primus de philosophia Pythagorica libros conscripsit; nam hanc ad rem spectare videntur verba infestissima, quibus Aristoxeni auctores in eum invehuntur — cf. Diels, Archiv III, 461 not. 26 — Neque vero ipsi Aristoxeni auctores — cf. Menag. ad L. D. VIII, 45 (II, 342 Hübner) —, qui Philolaum arguebant falsam Pythagorae supposuisse doctrinam, meram eius doctrinam servabant, quamvis ipsius Pythagorae vestigia se premere contenderent; nam ea doctrinae Pythagoricae imago, quam describit Aristoxenus, re vera plane distat a principali societatis Pythagoricae forma; non ad deorum cultum ibi et religiosa quaedam dogmata tota vitae degendae ratio adaptatur, sed summa agendi lex deducitur ex notione aliqua praeiudicata et philosophica cogitatione acquisita; haec vero notio est ἁρμονία, ut luculentissime evadit ex apophthegmate illo notissimo – C. Müller, FHGr. II. 269,8 — φυγαδευτέον πάσῃ μηχανῇ καὶ περικοπτέον

πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ μηχαναῖς παντοίαις ἀπὸ μὲν σώματος νόσον, ἀπὸ δὲ ψυχῆς ἀμαθίαν, κοιλίας δὲ πολυτέλειαν, πόλεως δὲ στάσιν, οἴκου δὲ διχοφροσύνην, ὁμοῦ δὲ πάντων ἀμετρίαν, quod Jamblichus v. P. 34 nominat: *ἐπιτομή τις ὡσπερεὶ καὶ ἀνακεφαλαίωσις τῶν αὐτῷ δοκούντων*. Nullum vero in tali doctrina habebant locum acusmata, quae aut plane erant removenda ex Pythagorica doctrina, id quod Philolaus et Aristoxeni auctores fecisse videntur,*) aut saltem interpretandi artificiis ita explicanda, ut cum philosophia Pythagorica conciliari possent. Atque re vera hanc viam ingressos esse veteres, non dico Pythagoreos — nam de his tam pauca constant, ut certum quicquam vix statui possit — sed viros doctos, — *ἔξωθεν ἐπισοφιζομένους προσάπτειν εἰκότα λόγον* Jambl. v. P. 86 — qui de Pythagorae doctrina et acusmatis libros condiderunt, inde efficitur, quod pro genuino acusmatum nomine inveniuntur alia, veram eorum naturam obscurantia, ut *σύμβολα, αἰνίγματα, παραγγέλματα* etc.; deinde quod ad nos pervenerunt symbolorum explicationes, allegoricam hanc interpretandi rationem sequentes.

Duo igitur apud veteres inveniuntur et distinguendae sunt dicta Pythagorica interpretandi rationes, altera qua recte acusmata explicantur ex vera vetustissimae societatis Pythagoricae forma et indole, altera qua recta via relicta per ambages et interpretandi artificia sensus ex eis enucleatur a vero acusmatum argumento alienissimus.

III.

De antiquis acusmatum (symbolorum) collectionibus.

Servati sunt apud varios auctores tituli nonnulli librorum de symbolis conscriptorum; quibus ex libris per se est verisimillimum fluxisse plurima acusmata nobis tradita.

*) [Similiter Rohde, Psyche p.458 not.]

Quare haud inutile mihi esse videtur temptare, nonne ad hos libros eorumque auctores singulae symbola interpretandi rationes reduci possint. Titulos primus collegit Fabricius, bibl. gr. ed. Harless I, 488 sqq.; deinde Krische, de societatis a Pythagora etc. conditae scopo politico p. 74/75. cf. Göttling l. l. I, 282. Zeller I, 1^5, 324, 2.

Suidas s. v. *Ἀναξίμανδρος* tradit Anaximandrum Milesium *τὸν νεώτερον* scripsisse Artaxerxis regis, *τοῦ Μνήμονος κληθέντος*, temporibus *συμβόλων Πυθαγορείων ἐξήγησιν*.

Anaximandri temporibus proximus est Aristoteles, quem symbola Pythagorica accurate collegisse et tractasse narrat Porphyrius v. P. 41 (et ex Porphyrio Hieronymus adv. Rufin. III, p. 485 ed. Migne, C. Patr. XXIII).

Singularem Androcydis cuiusdam Pythagorici librum de symbolis Pythagoricis conscriptum laudant Jambl. v. P. 145 et anonymus theologumenorum arithmeticae auctor p. 40 ed. Ast.

Alexandri (Polyhistoris) symbolorum tractationem affert Clemens Alexandrinus stromat. I, 15 p. 357 Pott. inter libros a se usurpatos.

Liber singularis *περὶ συμβόλων*, ad quem delegat Jamblichus Chalcidensis v. P. 186, num omnino conscriptus sit, plane nescimus; ad nos haud dubie non pervenit, spernenda enim est Kusteri coniectura, Nauckio probata, hunc librum servatum esse postremo protreptici capite; nam in ipso hoc capite iterum legentes delegat Jamblichus ad ampliorem librum *περὶ συμβόλων* conscribendum — protrept. XXI p. 112, 2 Pistelli; p. 6, 6—8. —

Inter libros, quibus acusmata Pythagorica data opera tractata sint, a Fabricio etc. afferuntur Aristoxeni Tarentini, cognomine musici, qui discipulus erat Aristotelis, *Πυθαγορικαὶ ἀποφάσεις*, sed falso; ipse enim Aristoxenus — cf. p. 18. 19. — non solum non tractasse videtur acusmata Pythagorica, immo vero plane neglexisse et a Pythagora abiudicasse.

Omnia illa scripta temporum invidia perierunt; restant sola fragmenta, partim a viris doctis iam collecta, partim colligenda.

Ipsa autem acusmata (symbola) Pythagorica servata sunt apud permultos auctores, inde ab Platone usque ad medii quod dicitur aevi fabularum tractatores.

IV.
De Anaximandri symbolorum collectione.

Quae de Anaximandro Milesio, qui, ut distinguatur a philosopho, nominatur *ὁ νεώτερος* vel *ἱστορικός*, traduntur, congessit C. Müller FHGr. II, 67.

Suidas s. v. *Ἀναξίμανδρος* refert haec: *Ἀ. Ἀναξιμάνδρου, Μιλήσιος, ὁ νεώτερος, ἱστορικός· γέγονε δὲ κατὰ τοὺς Ἀρταξέρξου χρόνους τοῦ Μνήμονος κληθέντος. Ἔγραψε Συμβόλων Πυθαγορείων Ἐξήγησιν· οἷόν ἐστι τὸ Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν· Μαχαίρᾳ πῦρ μὴ σκαλεύειν· Ἀπὸ ὁλοκλήρου ἄρτου μὴ ἐσθίειν· καὶ τὰ λοιπά.*

Artaxerxes Mnemon regnavit 405—359 a. Ch. n.; hac igitur aetate floruit Anaximander; nam Suidae verbum *γέγονε* hoc loco valere idem quod *ἤκμαζε*, de vitae *ἀκμῇ* dictum esse, non de natalis anni tempore, demonstravit E. Rohde, Mus. Rhen. n. s. XXXIII, p. 179/80.

De libro Anaximandri de symbolis Pythagoricis conscripto praeter hanc Suidae notam satis exilem nihil refertur, nisi quod ionicą dialecto conscriptus sit, ut testatur Laert. Diog. II, 12: *γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ἀναξίμανδρος ἱστορικός, καὶ οὗτος Μιλήσιος, τῇ Ἰάδι γεγραφώς.*

Quomodo vero symbola tractaverit Anaximander, ignoramus, cum symbolorum explicationes Suidas non praebeat; ex „symbolorum" titulo concludere licet Anaximandrum adnumerandum esse *τοῖς ἔξωθεν ἐπισοφιζομένοις προσάπτειν εἰκότα λόγον.*

V.
De Aristotelis acusmatum tractatione.

Ex Porphyrio v. P. 42 ed.[2] Nauck: *ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν κτλ.* concludere non possumus singularem de acusmatis

Pythagoricis librum Aristotelem scripsisse, sed multis de causis verisimilius est hanc de symbolis disputationem partem vel caput fuisse amplioris operis, quod de totius sectae Pythagoricae historia et doctrina conscripsit Aristoteles, cuius operis titulus Roseo, Rohdeo, Zellero fuisse videtur *περὶ τῶν Πυθαγορείων*. — Zeller I, 1 [5], 280, 1; II, 2 [2], 65 sq. —

Qui liber utrum recte Aristoteli tribuatur — quam ad sententiam propensus est Zeller — an ei, id quod V. Rose, Rohde, alii contendunt, abiudicandus sit, neque certum est neque ullius fere momenti, si vera est virorum doctorum opinio conscriptum esse librum *περὶ τῶν Πυθαγορείων*, si non ab ipso Aristotele, tamen certe a peripatetico quodam Aristotelis et aetate et scribendi ratione.

Fragmenta Aristotelica, quibus acusmata tractantur, una cum fragmentis libri *περὶ τῶν Πυθαγορείων* collegit V. Rose in fragmentorum Aritotelis editionibus, quarum utor et Aristotele pseudepigrapho — Lips. 1863 — et novissima fragmentorum collectione — Lips. 1886 —, quae ea in re quam tractamus multo brevior et cautior est illa antiquiore.

Numeros huius editionis uncis inclusos numeris in Aristotele pseudepigrapho adhibitis addam. Ita autem colligenda sunt et tractanda Aristotelis fragmenta ad acusmata spectantia, ut incipiamus ab eis, quae nominatim Aristoteli tribuuntur, quibus asserenda sunt fragmenta, quibus non additum quidem est Aristotelis nomen, sed sine ulla dubitatione addendum; postremo loco agam de fragmentis Aristoteli falso m. qu. o. a viris doctis tributis.

1.

Nicomachus apud Jambl. v. P. 31 ed. Nauck — cf. Rohde, Mus. Rhen. XXVII, 44 — (Arist. ps. 3 [192]) refert haec: *ἱστορεῖ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας διαίρεσίν τινα τοιάνδε ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς πάνυ ἀποῤῥήτοις διαφυλάττεσθαι· τοῦ λογικοῦ ζῴου τὸ μέν ἐστι θεός, τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας*, h. e. in Pythagora coniunctam fuisse divinam cum humana natura, Pythagoram medium quendam locum tenuisse inter deos et homines.

Eadem sententia redit — *ἄκουσμα* nominata — apud

eundem Jamblichum ex eodem Nicomacho deprompta v. P. 140 verbis his: τὴν δὲ πίστιν τῶν παρ' αὐτοῖς ὑπολήψεων εἶναι ταύτην, ὅτι ἦν ὁ πρῶτος εἰπὼν αὐτός, οὐχ ὁ τυχών, ἀλλὰ θεός, καὶ ἓν τοῦτο τῶν ἀκουσμάτων ἐστί, τίς ἡ Πυθαγόρας; φασὶ γὰρ εἶναι Ἀπόλλω Ὑπερβόρειον κτλ., h. e. quae dixit Pythagoras, non a quovis homine dicta esse putabantur, sed a deo, — ipse enim Pythagoras deus erat etc. Ergo hoc quoque loco adeo eminere dicitur Pythagoras praeter ceteros, ut quamvis sit homo humanaque statura, tamen re vera deum eum esse putaveris, qui humanam naturam coniungat cum divina. Quare Aristotelis verba: τοῦ λογικοῦ ζῴου τὸ μέν ἐστι θεός, τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας inter acusmata numeranda sunt et respondent quaestioni τίς ἡ Πυθαγόρας; Sed ipsius huius quaestionis verba haud dubie corrupta sunt, nam quid sibi velint verba τίς ἡ Πυθαγόρας; non assequor. Codex optimus Florentinus praebet τίς ἢ Πυθαγόρας; Arcerii editio τίς· ἦ Π. Scaliger coniecit τίς ἢ ὁ Π.; Kusteri editio τίς ὁ Πυθαγόρας, quam lectionem sequitur V. Rose; Nauck scribendum esse putat τίς ἦν Π.; quae coniectura quamvis litterarum forma commendetur, tamen reicienda mihi esse videtur, quod huic scripturae respondere oporteret in sequentibus verbis non φασὶ γὰρ εἶναι Ἀπόλλω κτλ., sed φασὶ γὰρ γενέσθαι Ἀπόλλω κτλ. Kusteri correctio τίς ὁ Πυθαγόρας bonum haud dubie praebet sensum, sed recte monet E. Rohde[1]) perdifficile esse cogitatu ex ὁ vitio calami fieri ἢ, id quod Nauckium haud dubie prohibuit, quominus Kusteri scripturam reciperet. Quare post ἢ inserendum esse videtur pronomen aliquod, neque vero quod Scaliger proponit τίς ἢ ὁ Π., nam haec scriptura quid significet non video, sed quod Rohde proponit ποῖος, vel tale quid, ut haec fortasse fuerit acusmatis genuina forma: τίς ἢ (ποῖος) Πυθαγόρας; θεός τε καὶ ἄνθρωπος.

Quae Jamblichi verba E. Rohde, Mus. Rh. XXVII,45 sq. una cum antecedentibus inde a § 137 provenire putat ex Aristoxeni libro Πυθαγορικαὶ ἀποφάσεις inscripto, in quo cum

---

[1]) qui benignissime hanc et alias coniecturas mecum communicavit, neque umquam roganti defuit.

maxima ex parte Pythagoreorum, quibus familiariter utebatur Aristoxenus, narrationes contineret, praesenti potissimum tempore usus esse videtur scriptor. Atque redire ad Aristoxenum ea quae legantur § 137 p. 100,8—101,2 (= § 86 et 87 p. 64,8—18) concedit Nauck ad h. l., sed plura haud dubie Aristoxeno tribuenda sunt, omnia scil. quae leguntur usque ad p. 101, 6; nam usque ad hunc locum sine ullo obstaculo procedit sententiarum series. Quae vero sequuntur, Aristoxeno nullo pacto tribui possunt, nam primum quidem verba v. 11 *τοῦτό γε πάντες οἱ Πυθαγόρειοι . . . . . ἔχουσι πιστευτικῶς κτλ.*, quae litterarum studia detegunt et ad libros Pythagoricos spectant, minime quadrant ad Aristoxeni *Πυθαγορικὰς ἀποφάσεις*· deinde fieri non potest, ut Aristoxenus, qui *τὰ πλεῖστα τῶν ἠθικῶν δογμάτων λαβεῖν τὸν Πυθαγόραν παρὰ Θεμιστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς* — L. D. VIII,8 — putavit, praecepta Pythagorica derivaret ex Orphicorum mysteriis. Quare quae leguntur inde a p. 101,6 usque ad § 140 Aristoxeno tribui nequeunt, sed alio ex fonte (a Nicomacho fortasse, quem describit Jamblichus) addita sunt, et ex Aristotelis libro *περὶ τῶν Πυθαγορείων* ea quae leguntur § 140, ut sequitur ex § 31. Praesentis temporis usus sine ulla difficultate explicatur ex ipsa rerum narratarum natura.

In ipso vero acusmate *τίς ἢ (ποῖος) Πυθαγόρας; θεός τε καὶ ἄνθρωπος*, satis mira est interrogationis forma; qui usus utrum ad ipsius Pythagorae docendi rationem redeat, an ab Aristotele institutus sit, ex hoc uno exemplo decerni nequit.

2.

Porphyrius v. P. 41 ed.[2] Nauck — Ar. ps. 6 (196) — tradit: *ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν· οἷον ὅτι*

τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει εἶναι[2]) *δάκρυον,*

[2]) Scribendum est haud dubie cum Stanley. ad Aeschyl. Agam. 139 pro *εἶναι* : *Κρόνου*, ut elucet ex Plutarcho, de Isid. et Osirid. 32 p. 346 A. Wytt.: *ἡ θάλαττα Κρόνου δάκρυόν ἐστιν*, et Clem. Alex. strom. V, 244 Sylb. (571 ed. Paris.): *Κρόνου δὲ δάκρυον τὴν θάλατταν ἀλληγοροῦντες.* Nauck, Mélang. Gréco-Rom. IV, 403 pro *εἶναι* scribendum esse putat *Ἰνοῦς*, quae scriptura litterarum forma haud dubie commendatur, refutatur vero locis allatis.

τὰς δ' ἄρκτους Ῥέας χεῖρας, τὴν δὲ πλειάδα μουσῶν λύραν,
τοὺς δὲ πλάνητας κύνας τῆς Περσεφόνης,
τὸν δ' ἐκ χαλκοῦ κρουομένου γινόμενον ἦχον φωνὴν εἶναί τινος τῶν δαιμόνων ἐναπειλημμένου τῷ χαλκῷ.

Quaeritur num re vera haec *συμβολικῶς εἰρημένα* inter acusmata enumeranda sint; ipse quidem Porphyrius, qui paulo post § 42 acusmatum certe genuinorum seriem verbis inducit: *ἄλλο εἶδος τῶν συμβόλων*, haec quoque dicta Pythagorica acusmatis (symbolis) adnumeravit.

Acusma est haud dubie postrema sententia *τὸν δ' ἐκ χαλκοῦ κρουομένου κτλ.*· superstitio enim est et Graecis et aliis nationibus nota, occultari *τῷ χαλκῷ δαίμονας*, cf. Lobeck, Aglaopham. p. 895/96; Zeller, I, 1[5], 456, 2; 191. Num aliae quoque sententiae re vera acusmatis adnumeranda sint, valde dubito, de Aristotelica vero huius fragmenti origine dubitari nequit. Egit de eiusmodi *συμβολικῶς εἰρημένοις* Lobeck, Aglaoph. p. 886.

3.

Laert. Diog. 34/35 Cobet — Ar. ps. 5 (195) — *φησὶν δ' Ἀριστοτέλης περὶ τῶν κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων ἤτοι ὅτι αἰδοίοις*[3]) *εἰσὶν ὅμοιοι ἢ ὅτι Ἅιδου πύλαις*[4]) · *ἀγόνατον*[5]) *γὰρ μόνον· ἢ ὅτι φθείρει ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιος ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν· κληροῦνται γοῦν αὐτοῖς.*[6])

---

[3]) cf. Diodor. bibl. hist. 1, 88, 2 Dindf. *καθόλου δὲ τὸ αἰδοῖον οὐκ Αἰγυπτίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγους καθιερωκέναι κατὰ τὰς τελετάς, ὡς αἴτιον τῆς τῶν ζώων γενέσεως κτλ.* cf. 4, 6. Theophr. hist. plant. 8, 21 Wim. *ἐπ' ἐνίων δὲ καὶ αἰδοιῶδες φαίνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐρεβίνθων καὶ μάλιστα τῶν θερμῶν.* cf. Aristot. hist. anim. 5, 6. Commentarii in Laert. Diog. ed. Hübner I, 121; II, 324.

[4]) quid fabis commune sit cum *ᾅδου πύλαις* nescio.

[5]) Com. in L. D. ed. Hübner I, 121. Porphyr. de antr. Nymph. 19 p. 70, 3 ed.[2] N. Theophrast. hist. plant. IV, 8, 7. Wim. *ὁ δὲ κύαμος .... ὅμοιος δὲ καλάμῳ μαλακῷ ἀγονάτῳ.*

[6]) Ménage ad L. D. II, 324 sq. ed. Hübn.; Aristot. h. anim. VIII, 7, 64 Wim. *οἱ δὲ βόες .... πιαίνονται δὲ τοῖς τε φυσητικοῖς, οἷον ὀρόβοις καὶ κυάμοις ἐρηριγμένοις κτλ.*; III, 21, 107 *ποιεῖ δὲ γάλα καὶ τῶν φυσωδῶν ἔνια προσφερόμενα, οἷον καὶ κυάμων πλῆθος κτλ., ποιεῖ γὰρ καθιέναι τὸ οὖθαρ.* Vera huius acusmatis origo inde est repetenda, quod ad coenas funebres adhibebantur fabae. cf. Lobeck, Agl. 252. 254; O. Crusius, M. Rhen. 39, 164/65; V. Hehn, Culturpflanzen etc. 459 sqq.

τὰ δὲ πεσόντ' ἀπὸ τραπέζης μὴ ἀναιρεῖσθαι, *ὑπὲρ τοῦ ἐθίζεσθαι μὴ ἀκολάστως ἐσθίειν ἢ ὅτι ἐπὶ τελετῇ*[7]) *τινος· καὶ Ἀριστοφάνης δὲ τῶν ἡρώων φησὶν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς Ἥρωσι*

Μηδὲ γεύεσθ' ἅττ' ἂν ἐντὸς τῆς τραπέζης καταπέσῃ.

Ἀλεκτρύονος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, *ὅτι ἱερὸς τοῦ Μηνὸς καὶ ἱκέτης· (καὶ τὸ μὲν λευκὸν τῆς τἀγαθοῦ φύσεως, τὸ δὲ μέλαν τοῦ κακοῦ)*[8]) *τὸ δ' ἦν τῶν ἀγαθῶν· τῷ τε Μηνὶ ἱερός· σημαίνει γὰρ τὰς ὥρας.* *τῶν ἰχθύων μὴ ἅπτεσθαι, ὅσοι ἱεροί,* *μὴ γὰρ δεῖν τὰ αὐτὰ τετύχθαι θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, ὥσπερ οὐδ' ἐλευθέροις καὶ δούλοις.*[9]) *ἄρτον μὴ καταγνύειν,*

ὅτι ἐφ' ἕνα (scil. *ἄρτον* cf. Jambl. v. P. 86) *οἱ πάλαι τῶν φίλων*[10]) *ἐφοίτων, καθάπερ ἔτι καὶ νῦν οἱ βάρβαροι μηδὲ διαιρεῖν ὃς συνάγει αὐτούς· οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν· οἱ δὲ εἰς πόλεμον δειλίαν ποιεῖν, οἱ δέ, ἐπεὶ ἀπὸ τούτου ἄρχεται τὸ ὅλον.*[11]) *καὶ τῶν σχημάτων τὸ κάλλιστον σφαῖραν εἶναι τῶν στερεῶν, τῶν δ' ἐπιπέδων κύκλον· γῆρας καὶ πᾶν τὸ μειούμενον ὅμοιον καὶ αὔξην καὶ νεότητα ταὐτόν· ὑγίειαν τὴν τοῦ εἴδους διαμονήν, νόσον δὲ τὴν τούτου φθοράν·* *περὶ τῶν ἁλῶν ὅτι δεῖ παρατίθεσθαι* · *πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ δικαίου*[12]) *· οἱ*

---

[7]) Recte Menagius Suidae s. v. *Πυθαγόρας* scripturam *τελετῇ*, a Casaubono damnatam, commendavit. De argumento acusmatis Rohde. Psyche I, 224, 1.

[8]) Porphyr. de abstin. IV, p. 255, 5 ed.[2] N. Comment. in L. D. ed. Hübner I, 122; II, 326. cf. V. Hehn, Culturpflanzen etc. 263 sqq., Rohde, Psyche 221, 1 [699]. Haec verba transponenda mihi esse videntur et hoc loco collocanda; nam deest explicatio, cur a l b i s tantum gallis abstinendum esse iusserit Pythagoras.

[9]) Lobeck, Aglaoph. 249. alibi.

[10]) Verus acusmatis sensus videtur occultari verbis *ὅτι πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν οὐ συμφέρει.* — cf. p. 11 —; fortasse spectat hoc acusma ad usum aliquem in hospitibus recipiendis usitatum, qui violatus inferorum ultionem excitat. cf. Rohde, Psyche 287 extr.

[11]) Graviter corrupta est explicatio haec; interpretanda est ex pleniore icotologia a Jamblicho v. P. 86 servata — cf. p. 11 —: *οἳ μὲν γάρ φασιν ὅτι οὐ δεῖ τὸν συνάγοντα διαλύειν· τὸ γὰρ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἕνα ἄρτον συνῄεσαν οἱ φίλοι· οἳ δὲ ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον καταγνύντα καὶ συντρίβοντα.*

[12]) Sal est symbolum hospitii: Lobeck, Agl. 88; una cum fabis adhibetur in lustralibus: Lobeck, p. 254. p. 632/33 not. nn.

γὰρ ἅλες πᾶν σώζουσιν ὅτι ἂν παραλάβωσι καὶ γεγόνασιν ἐκ τῶν καθαρωτάτων ἡλίου καὶ θαλάττης· καὶ ταῦτα μὲν (φησιν ὁ Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηκέναι καὶ τὰ ἐκείνων ἐχόμενα (ὁ Ἀριστοτέλης.

De acusmatis Pythagoricis hoc loco dici elucet ea ex re, quod omnia fere dicta Pythagorica ex Aristotele a Laert. Diog. allata ab aliis scriptoribus sive ἀκούσματα sive σύμβολα sive tale quid vocantur; sic ἄρτον μὴ καταγνύειν ap. Jambl. v. P. 86; Anaximand. ap. Suid. s. v. Ἀναξίμ.; κυάμων ἀπέχεσθαι saepissime; ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ ap. Jambl. v. P. 84.

Cur V. Rose l. l. non omnia, quae leguntur ap. L. D. VIII,34/35, Aristoteli tribuerit, sed et versum Aristophanis et quae leguntur post verba ἐπεὶ ἀπὸ τούτου ἄρχεται τὸ ὅλον, ei abiudicaverit, non intellego; nam tam clare et distincte fragmenti ambitus definiri mihi videtur, ut hac de re dubitari non posse credam.

Sed alia sunt, quae offendunt. In hoc quoque Aristotelis fragmento, ut in antecedenti, mixtae sunt cum acusmatis, quae haud dubie religiosa praecepta continent, aliae sententiae, quibus nec praecipitur quicquam nec vetatur, sed circumscribuntur res notae verbis inusitatis. Videtur igitur Aristoteles una cum acusmatis, quae sunt περί τε θυσίας καθ' ἑκάστους τοὺς καιροὺς πῶς χρὴ ποιεῖσθαι, τάς τε ἄλλας (θεῶν θρησκείας) καὶ περὶ μετοικήσεως τῆς ἐντεῦθεν καὶ περὶ τὰς ταφὰς πῶς δεῖ καταθάπτεσθαι — cf. p. 3 —, tractasse omnia, quae ad Pythagoram reducebantur effata, et inter ea haec συμβολικῶς εἰρημένα.

Valde vero est dolendum, quod textus fragmenti Aristotelici tam graviter corruptus sit; supra enim iam dixi verba καὶ τὸ μὲν λευκὸν τῆς τἀγαθοῦ φύσεως κτλ. falso loco posita re vera subicienda esse acusmati ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ. deinde ex Jambl. v. P. 86 videmus, quantopere deformata sit explicatio acusmatis ἄρτον μὴ καταγνύειν, nam non solum alio et falso ordine afferuntur apud Laert. Diog. explicationes, sed etiam singulae rationes, apud Jamblichum optime traditae, in Laertii Diog. verbis vix agnosci iam possunt: sic Jamblichi explicatio ὅτι πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν οὐ συμφέρει ap. L. D. decurtata est in οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν,

quod plane alium praebet sensum; sic altera Jamblichi ratio: *οἱ μὲν γάρ φασιν ὅτι οὐ δεῖ τὸν συνάγοντα διαλύειν· τὸ γὰρ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἕνα ἄρτον συνῄεσαν οἱ φίλοι*, quae optime se habet, apud Laert. Diog. hanc adepta est formam, quae vix intellegi potest Jamblicho neglecto: *ὅτι ἐφ' ἕνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοίτων, καθάπερ ἔτι καὶ νῦν οἱ βάρβαροι, μηδὲ διαιρεῖν ὃς συνάγει αὐτούς*· ex tertia autem Jamblichi icotologia *οἱ δ' ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον καταγνύντα καὶ συντρίβοντα* exortae esse videntur tertia et quarta Laertii Diog. *οἱ δὲ εἰς πόλεμον δειλίαν ποιεῖν. οἱ δέ, ἐπεὶ ἀπὸ τούτου ἄρχεται τὸ ὅλον*, sed haec res dubi est; postrema enim explicatio: *ἐπεὶ ἀπὸ τούτου ἄρχεται τὸ ὅλον* multo melius quam ad *ἄρτον μὴ καταγνύειν* quadrat ad *κυάμων ἀπέχεσθαι*, cuius quidem acusmatis similem explicationem praebet — secundum Heraclidem Ponticum cf. Rohde, Gr. Rom. 254, 1; Zeller I, 1[5], 327, 5* — Diogenes (Antonius) ap. Lydum de mensib. IV, 29 (= Porphyr. v. P. 44: Hippolytus ref. Haeret. 1, 2, 12 ed. Gottg.; Diels, doxogr. gr. p. 145; 557): *κυάμους δὲ λέγεται παραγγέλλειν μὴ ἐσθίειν αἰτίᾳ τοῦ τὸν Ζαράταν εἰρηκέναι κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ σύγκρισιν τῶν πάντων συνισταμένης τῆς γῆς ἔτι καὶ συνσεσημμένης γενέσθαι τὸν κύαμον κτλ.*· quare fortasse haec ratio transponenda est ad *κυάμων ἀπέχεσθαι*.

Ad ipsum vero Aristotelem redire videtur sermonis inconcinnitas, quae occurrit in explicatione acusmatis *κυάμων ἀπέχεσθαι*, nam causae, cur Pythagoras fabis edendis abstinendum esse iusserit, initio proferuntur plurali numero *ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι ἢ ὅτι Ἅιδου πύλαις· ἀγόνατον γὰρ μόνον*, deinde aliae adduntur singulari numero *ἢ ὅτι φθείρει ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιος ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν· κληροῦνται γοῦν αὐτοῖς*· explicatur enim haec formae diversitas argumenti diversitate, cum explicationes plurali numero allatae, quamvis veram acusmatis originem religiosam non aperiant, tamen eam ostendant interpretandi rationem, quam veram esse vidimus, eae autem, quae quasi per saturam singulari numero addantur, allegorica utantur interpretandi ratione sensumque ex acusmatis eliciant a pristina signi-

* [Rohde, Psyche 454, 2.]

ficatione alienissimum, ita ut acusma pertineat ad corporis valetudinem colendam etc.

Ipsi vero Aristoteli duo iam praesto fuisse acusmata explicandi genera — cf. p. 189. — conspicitur cum ex explicatione acusmatis *ἄρτον μὴ καταγνύειν*, qua de re iam egi, tum ex rationibus acusmati *τὰ δὲ πεσόντ' ἀπὸ τραπέζης μὴ ἀναιρεῖσθαι* subiectis, ubi veram acusmatis originem aperit icotologia *ὅτι ἐπὶ τελετῇ τινος κτλ.*, ex allegorica interpretandi ratione exorta est explicatio *ὑπὲρ τοῦ ἐθίζεσθαι μὴ ἀκολάστως ἐσθίειν.*

Quare nihil impedit, quin ipsi Aristoteli omnes tribuamus acusmatis *κυάμων ἀπέχεσθαι* rationes.

Quae si recte disputata sunt, Aristoteles omnia, quae novit acusmata, una cum rationibus, quae cum eis circumferebantur, sine ullo iudicio integra attulit et servavit.

Quonam vero ex fonte Aristotelis fragmentum in Laertii Diogenis farraginem pervenerit, num ex Alexandro Polyhistore, id quod fortasse ex eis, quae fine fragmenti de fontibus suis affert Laertius D., concludere licet, incertum est; pervenit haud dubie nec sincerum neque integrum.

4.

Gellius, noct. att. IV, 11 ed. Kiessling — Ar. ps. 4 (194) —: „Plutarchus quoque, homo in disciplinis gravi auctoritate, in primo libro, quos de Homero composuit, Aristotelem philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse, quod non abstinuerunt edendis animalibus, nisi pauca carne; verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata est, subscripsi: *Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλήφης καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς Πυθαγορικούς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις· ἀκαλήφη* autem est animal marinum, quod urtica appellatur." cf. L. D. VIII, 19: *παντὸς δὲ μᾶλλον ἀπηγόρευε μήτ' ἐρυθρῖνον ἐσθίειν μήτε μελάνουρον· καρδίας δ' ἀπέχεσθαι καὶ κυάμων· Ἀριστοτέλης δέ φησι καὶ μήτρας καὶ τρίγλης ἐνίοτε·* et Porph. v. P. 45: *ἀπέχεσθαι δὲ καὶ ἄλλων παρῄνει οἷον μήτρας καὶ ἀκαλήφης, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων θαλασσίων ἁπάντων.*

De acusmatis loqui Aristotelem inde sequitur, quod singula praecepta apud alios auctores redeunt *ἀκούσματα*

vel *σύμβολα* etc. vocata, ut *κυάμων ἀπέχεσθαι, καρδίαν μὴ ἐσθίειν, ἀπέχεσθαι μελανούρων* etc.

Haec sunt fragmenta Aristoteli distincte tributa, quae ad acusmata Pythagorica spectant, quae quamvis pauca sint et exilia, tamen satis clare docent, quae fuerint Aristotelicae de acusmatis disputationis et ambitus et indoles. Tractavit enim Aristoteles una cum acusmatis, quae pertinent *περί τε θυσίας καθ' ἑκάστους τοὺς καιροὺς πῶς χρὴ ποιεῖσθαι, τάς τε ἄλλας (θεῶν θρησκείας) καὶ περὶ μετοικήσεως τῆς ἐντεῦθεν καὶ περὶ τὰς ταφὰς πῶς δεῖ καταθάπτεσθαι* — cf. p. 3. — eas quoque Pythagoricas sententias, quae vocat Porphyrius *συμβολικῶς* vel *αἰνιγματωδῶς εἰρημένα*. Singulis acusmatis subiecit omnes explicationes cum eis circumlatas, in quibus conspiciuntur duo interpretandi rationes, altera, qua recte acusmata derivantur ex religiosa et superstitiosa origine, altera, qua interpretandi artificiis sensus ex eis elicitur ad corporis valetudinem colendam vel tale quid spectans. Ex se ipso autem nullas videtur Aristoteles acusmatis addidisse rationes, sed eas solas, quas invenit, integras sine ullo discrimine attulisse; interdum vera acusmatis explicatio perierat, id quod statuimus in acusmate *κυάμων ἀπέχεσθαι*.

Uno in acusmate reperimus singularem interrogationis formam, quae utrum ab Pythagora ad acusmata adhibita sit an ab Aristotele aliqua de causa instituta, decernere non possumus.

Plane eadem vero acusmata et colligendi et tractandi ratio occurrit apud Jamblichum v. P. 82—86; quare V. Rose et E. Rohde per Nicomachum redire putaverunt Jamblichi disputationem ad Aristotelis librum *περὶ τῶν Πυθαγορείων* — cf. p. 3 —; atque firmatur Aristotelica origo ea re, quod nonnulla Jamblichi enuntiata verbo tenus consentiunt cum certe Aristotelicis, sed cum V. Rose in novissima fragmentorum Aristotelicorum collectione sententiam suam Ar. ps. p. 202 prolatam spreverit, haud inutile est data opera denuo Aristotelicam huius partis originem demonstrare.

Cum Jamblicho vero saepius verbo tenus consentit Aelianus v. h. IV,17; quare si Jamblichi disputatio, cuius

initium et finem supra iam attuli p. 3. 5. 11., Aristoteli tribuenda est, Aeliani quoque caput ad Aristotelem redire oportet.

5.

Jamblich. vit. Pyth. § 82 sqq. p. 59, 17 Nauck — Ar. ps. 7, p. 202/3. — *Πάντα δὲ τὰ οὕτως* [13]) *ἀκούσματα διήρηται εἰς τρία εἴδη· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν τί ἐστι σημαίνει, τὰ δὲ τί μάλιστα, τὰ δὲ τί δεῖ πράττειν ἢ μὴ πράττειν. τὰ μὲν οὖν τί ἐστι τοιαῦτα, οἷον τί ἐστιν αἱ μακάρων νῆσοι; ἥλιος καὶ σελήνη. τί ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον; τετρακτύς, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁρμονία, ἐν ᾗ αἱ σειρῆνες·* [14]) *τὰ δὲ τί μάλιστα, οἷον τί τὸ δικαιότατον; θύειν. τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός. δεύτερον δὲ ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος. τί τὸ σοφώτατον τῶν παρ' ἡμῖν; ἰατρική. τί κάλλιστον; ἁρμονία. τί κράτιστον; γνώμη· τί ἄριστον; εὐδαιμονία. τί δὲ ἀληθέστατον λέγεται; ὅτι πονηροὶ οἱ ἄνθρωποι. διὸ καὶ ποιητὴν Ἱπποδάμαντά φασιν ἐπαινέσαι αὐτὸν τὸν Σαλαμίνιον, ὃς ἐποίησεν·*

Ἀθάνατοι, πόθεν ἐστέ, πόθεν καλοὶ ὧδ' ἐγένεσθε;
ἄνθρωποι, πόθεν ἐστέ, πόθεν κακοὶ ὧδ' ἐγένεσθε; [15])

ταῦτα καὶ τοιαῦτά ἐστι τὰ τούτου τοῦ γένους ἀκούσματα· ἕκαστον γὰρ τῶν τοιούτων μάλιστα τί ἐστιν. ἔστι δ' αὕτη ἡ αὐτὴ τῇ τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν λεγομένῃ σοφίᾳ. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐζήτουν, οὐ τί ἐστι τἀγαθόν, ἀλλὰ τί μάλιστα· οὐδὲ τί τὸ χαλεπόν, ἀλλὰ τί τὸ χαλεπώτατον, ὅτι τὸ αὑτὸν γνῶναί ἐστιν· οὐδὲ τί τὸ ῥᾴδιον, ἀλλὰ τί τὸ ῥᾷστον· ὅτι τὸ ἔθει χρῆσθαι. τῇ τοιαύτῃ γὰρ σοφίᾳ μετηκολουθηκέναι ἔοικε τὰ τοιαῦτα ἀκούσματα· πρότεροι γὰρ οὗτοι Πυθαγόρου ἐγένοντο. [16]) *τὰ δὲ τί πρακτέον ἢ οὐ πρακτέον τῶν ἀκουσμάτων τοιαῦτά ἐστιν, οἷον ὅτι δεῖ τεκνοποιεῖσθαι· δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπεύσοντας τὸν θεόν· ἢ ὅτι δεῖ τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πρότερον, ἢ ὅτι οὐ δεῖ τὰς λεωφόρους βαδίζειν ὁδούς οὐδὲ εἰς*

---

[13]) Nauck coni. *οὕτω καλούμενα*; melius fortasse *αὐτῶν* sc. *τῶν ἀκουσματικῶν*.

[14]) cf. Nauck, addend. et corrig. p. LXVIII; locus valde corruptus esse videtur.

[15]) cf. Nauck ad h. l. et Rohde ap. Nauck. in add. et corrig. p. LXVIII.

[16]) cf. supra p. 3.

περιῤῥαντήριον ἐμβάπτειν οὐδὲ ἐν βαλανείῳ λούεσθαι· ἄδηλον γὰρ ἐν πᾶσι τούτοις εἰ καθαρεύουσιν οἱ κοινωνοῦντες. καὶ ἄλλα τάδε· φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, οὐ γὰρ δεῖ αἴτιον γίνεσθαι τοῦ μὴ πονεῖν, συνανατιθέναι δέ· χρυσὸν ἐχούσῃ μὴ πλησιάζειν ἐπὶ τεκνοποιίᾳ [17]· μὴ λέγειν ἄνευ φωτός· σπένδειν τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῆς κύλικος, οἰωνοῦ ἕνεκα καὶ ὅπως μὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πίνηται· ἐν δακτυλίῳ μὴ φέρειν σημεῖον θεοῦ εἰκόνα, ὅπως μὴ μιαίνηται· ἄγαλμα γάρ, ὅπερ δεῖ φυτεῦσαι ἐν τῷ οἴκῳ.[18]

γυναῖκα οὐ δεῖ ἀδικεῖν τὴν αὑτοῦ, ἱκέτις γάρ· διὸ καὶ ἀφ' ἑστίας ἀγόμεθα, καὶ ἡ λῆψις διὰ δεξιᾶς·[19] μηδὲ ἀλεκτρύονα λευκὸν (θύειν)· ἱκέτης γὰρ (καὶ) ἱερὸς τοῦ Μηνός, διὸ καὶ σημαίνουσιν ὥραν·[20] καὶ συμβουλεύειν μηδὲν παρὰ τὸ βέλτιστον τῷ συμβουλευομένῳ· ἱερὸν γὰρ συμβουλή. ἀγαθὸν οἱ πόνοι, αἱ δὲ ἡδοναὶ ἐκ παντὸς τρόπου κακόν· ἐπὶ κολάσει γὰρ ἐλθόντας δεῖ κολασθῆναι·[*] θύειν χρὴ ἀνυπόδητον καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ προσιέναι. εἰς ἱερὸν οὐ δεῖ ἐκτρέπεσθαι· οὐ γὰρ πάρεργον δεῖ ποιεῖσθαι τὸν θεόν. ὑπομένοντα καὶ ἔχοντα τραύματα ἐν τῷ ἔμπροσθεν τελευτῆσαι ἀγαθόν, ἐναντίως δὲ ἐναντίον· εἰς μόνα τῶν ζῴων οὐκ εἰσέρχεται ἀνθρώπου ψυχὴ οἷς θέμις ἐστὶ τυθῆναι·

διὰ τοῦτο τῶν θυσίμων χρὴ ἐσθίειν μόνον, [οἷς ἂν τὸ ἐσθίειν καθήκῃ][21], ἄλλου δὲ μηδενὸς ζῴου. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν ἀκουσμάτων ἐστί, τὰ δὲ πλεῖον ἔχοντα μῆκος περί τε θυσιας καθ' ἑκάστους τοὺς καιροὺς πῶς χρὴ ποιεῖσθαι, τάς τε ἄλλας (θεῶν θρησκείας), καὶ περὶ μετοικήσεως τῆς ἐντεῦθεν καὶ περὶ τὰς ταφὰς πῶς δεῖ καταθάπτεσθαι·[22] ἐπὶ ἐνίων μὲν οὖν ἐπιλέγεται τί δεῖ, οἷον ὅτι δεῖ τεκνοποιεῖσθαι ἕνεκα τοῦ καταλιπεῖν ἕτερον ἀνθ' ἑαυτοῦ θεῶν θεραπευτήν· τοῖς

---

17) cf. Jambl. v. P. 187 *καὶ τὸν χρυσὸν ἐλευθέραν μηδεμίαν φορεῖν, μόνας δὲ τὰς ἑταίρας.*

18) Quid sibi velint verba *ἄγαλμα γὰρ κτλ.* non assequor; videntur quaedam excidisse.

19) = Aristoteles Oeconom. 1, 4. p. 1344 a. 8. cf. Nauck ad h. l.

20) = Aristoteles ap. L. D. VIII, 34 cf. p. 25 sq. et Nauck ad h. l.

21) Recte videntur Cobeto, collect. crit. p. 363 verba *οἷς — καθήκῃ* ab ipso Jamblicho, ne sibi ipsi obloqueretur, interposita esse.

22) cf. p. 3; ea quae sequuntur, laudavi iam p. 10. 11.

*) [cf. Rohde, Psyche.453, 1.]

δὲ οὐδεὶς λόγος πρόσεστι· καὶ ἔνια μὲν τῶν ἐπιλεγομένων δόξει προσπεφυκέναι ἅπερ ἂν ᾖ, ἔνια δὲ πόρρω· οἷον περὶ τοῦ τὸν ἄρτον μὴ καταγνύναι, ὅτι πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν οὐ συμφέρει.[23]) *αἱ δὲ προστιθέμεναι εἰκοτολογίαι περὶ τῶν τοιούτων οὐκ εἰσι Πυθαγορικαί, ἀλλ' ἐνίων ἔξωθεν ἐπισοφιζομένων [καὶ πειρωμένων] προσάπτειν εἰκότα λόγον, οἷον καὶ περὶ τοῦ νῦν λεχθέντος, διὰ τί οὐ δεῖ καταγνύναι τὸν ἄρτον. οἳ μὲν γὰρ φασὶν ὅτι οὐ δεῖ τὸν συνάγοντα διαλύειν· τὸ γὰρ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἕνα ἄρτον συνῄεσαν οἱ φίλοι· οἳ δ' ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον καταγνύντα καὶ συντρίβοντα.*[23])

Congruere nonnulla Jamblichi enuntiata cum quibusdam Aristotelis fragmentis apparet ex locis parallelis infra notatis; quaeritur nonne tota haec Jamblichi dissertatio Aristoteli possit tribui, qua de re equidem non dubito. Nam primum quidem singula Jamblichi enuntiata tam arte inter se cohaerent, sententiarum series tam bene procedit — solis exceptis verbis *οἷς ἂν τὸ ἐσθίειν καθήκῃ*, uncis inclusis —, ut cum una vel plures sententiae integrae Aristoteli tribuendae sint, omnes ei adscribere necesse sit; vidimus vero supra Aristotelis explicationes acusmati *ἄρτον μὴ καταγνύειν* subiectas multo melius quam apud Laert. Diog. VIII,35, ubi nominatim Aristoteles laudatur, servari apud Jamblichum nostro loco; similem in modum Jamblichi acusma *γυναῖκα οὐ δεῖ ἀδικεῖν τὴν αὑτοῦ* verbo tenus paene consentit cum Aristotele oecon. 1,4 p. 1344 a. 8., et acusma *μὴ ἀλεκτρύονα λευκὸν θύειν* cum Aristotele ap. L. D. VIII,34; quare dubitari non potest m. qu. s., quin tota Jamblichi disputatio integra provenerit ex Aristotelis libro *περὶ τῶν Πυθαγορείων*. Deinde vero per totam Jamblichi disputationem conspicua est singularis Aristotelis acusmata tractandi ratio; aeque atque in fragmentis distincte Aristoteli tributis una cum acusmatis religiosa praecepta continentibus tractantur *συμβολικῶς εἰρημένα* — cf. p. 24. 25 —; singulis acusmatis subiciuntur si quae exstant icotologiae, quarum duo distinguuntur genera, alterum ex vera Pythagoreismi vetustissimi

---

23) = Laert. Diog. VIII. 35; cf. p. 25, not. 11. p. 27.

notitia exortum, alterum allegorica interpretandi ratione conquisitum; immo ea quae in exilibus fragmentis certe Aristotelicis dubia remanserunt, ut e. gr. quamnam interpretandi rationem ipse Aristoteles probaverit, explanantur eis, quae fine Jamblicheae disputationis exponuntur de varia singularum icotologiarum indole. Atque luculentissime Aristotelica huius loci origo probatur m. qu. o. ea re, quod eadem in interrogationis formam acusmata redigendi ratio, quam observavimus neque vero explicavimus in uno Aristotelico acusmate, occurrit ad omnia acusmata adhibita apud Jamblichum.

Omnia acusmata ordinantur secundum tres interrogationis species, quibus ipsa acusmata respondent, *τί ἐστι, τί ἐστι μάλιστα, τί δεῖ πράττειν ἢ μὴ πράττειν*; concludere vero licet ex Jamblichi verbis inventum esse hunc usum ab ipso Aristotele, ut ex doctrinae Pythagoricae natura efficeret non primis Graecorum philosophis adnumerandum esse Pythagoram, sed viris doctis, quales erant septem sapientes: *καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐζήτουν, οὐ τί ἐστι τἀγαθόν, ἀλλὰ τί μάλιστα κτλ.· τῇ τοιαύτῃ γὰρ σοφίᾳ μετηκολουθηκέναι ἔοικε τὰ τοιαῦτα ἀκούσματα· πρότεροι γὰρ οὗτοι Πυθαγόρου ἐγένοντο.* Atque firmatur Aristotelica huius fragmenti origo auctorum, per quos ad nos pervenit, scribendi ratione; nam neque Jamblichus auctoris quem descripsit verba commutare solebat, ut inde elucet, quod cum Porphyrio tum semper verbo tenus consentit, cum uterque sine ulla mutatione Nicomachum exscripsit, ut clarissime demonstravit E. Rohde l. l., cui adstipulatur A. Nauck, praefat. ad Jambl. v. P. p. LIV, et praef. ad II. ed. Porph. p. X sqq., neque Nicomachus Gerasenus, ex quo hausit Jamblichus, ipse quicquam finxit, sed librarii modo quae scripserant alii, ea ipse exscripsit atque ita ex compluribus vetustis libris novum librum confecit, quem similem in modum compilatum esse puto atque Porphyrii vitam Pythagoricam superstitem, qua compilatorio more modoque complures et inter se diversissimi auctores exscribuntur, sed nunquam singulorum auctorum narrationes contaminantur — cf. Rohde, Mus. Rhen. XXVI, XXVII saepius; Nauck l. l. p. LIV. LV. — Inter Nicomachi autem

fontes primarium locum tenuisse Aristotelis librum περὶ τῶν Πυθαγορείων aliunde constat: quare non video, cur Nicomachum integram Aristotelis de acusmatis disputationem servasse negemus.

Quanti vero pretii haec disputatio sit ad primitivam societatis Pythagoricae indolem cognoscendam elucet ex eis, quae supra p. 3. 4. disserui; nec minus valet ad Aristotelis acusmatum tractationem cognoscendam, nam praeterquam quod hac ampliore dissertatione id, quod ex fragmentis Aristoteli distincte tributis eruimus, optime firmatur et illustratur, discimus ex hoc loco Aristoteli non solum praesto fuisse nonnullorum acusmatum, re vera religiosorum, explicationes ethicas etc., sed etiam inter acusmata Aristotelis temporibus circumlata esse praecepta mere ethica, ut φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, συνεπιτιθέναι δέ (?), χρυσὸν ἐχούσῃ μὴ πλησιάζειν ἐπὶ τεκνοποιίᾳ, συμβουλεύειν μηδὲν παρὰ τὸ βέλτιστον τῷ συμβουλευομένῳ, ὑπομένοντα καὶ ἔχοντα τραύματα ἐν τῷ ἔμπροσθεν τελευτῆσαι ἀγαθόν. Quot vero talia acusmata mere ethica Aristoteles enumeraverit, ex fragmentis decerni non potest; ea ex re, quod Aristoteles dicit τὸ δὲ πλεῖον ἔχοντα μῆκος περί τε θυσίας κτλ. colligere licet longe maximam acusmatum partem continuisse praecepta religiosa. Utrum haec ethica acusmata ad ipsum Pythagoram redeant an — sicut acusma τίς ἢ (ποῖος) Πυθαγόρας; θεός τε καὶ ἄνθρωπος — post Pythagoram in acusmatum corpus pervenerint, nescimus; Aristoteles ea haud dubie ipsi Pythagorae tribuit.

6.

Cum Aristotele ap. Jamblichum v. P. 82 sqq. saepius verbo tenus consentit Aelianus var. hist. IV, 17 ed. Hercher p. 343: ἔλεγε δὲ ἱερώτατον εἶναι τὸ τῆς μαλάχης φύλλον· ἔλεγε δὲ ὅτι πάντων σοφώτατον ὁ Ἀριθμός· δεύτερον δὲ ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος (= Jambl. l. l.)· . καὶ τὸν σεισμὸν ἐγενεαλόγει εἶναι οὐδὲν ἄλλο ἢ σύνοδον τῶν τεθνεώτων·*) Ἡ δὲ Ἶρις, ἔφασκεν, ὡς αὐγὴ

*) [cf. Rohde, Psyche p. 453, 3.]

τοῦ Ἡλίου ἐστί· καὶ ὁ πολλάκις ἐμπίπτων τοῖς ὠσὶν ἦχος φωνὴ τῶν κρειττόνων· — — — — — — — — προσέταττε δὲ ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας καρδίας ἀπέχεσθαι καὶ ἀλεκτρύονος λευκοῦ καὶ τῶν θνησειδίων παντὸς μᾶλλον καὶ μὴ χρῆσθαι βαλανείῳ μηδὲ βαδίζειν τὰς λεωφόρους· ἄδηλον γὰρ εἰ καθαρεύουσι, (= Jambl. l. l.) *καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα* (falso V. Rose Arist. ps. 199 scribendum esse dicit *κατ' αὐτὰ ἐκεῖνα*.)

Praeter hos locos alii quoque tribuuntur Aristoteli a viris doctis, sed falso, ut opinor.

Sic V. Rose Ar. ps. p. 199 Aristotelis fragmentum ap. L. D. VIII, 34. 35 servatum, de quo iam egi, initium capere censet § 33 inde a verbis *τιμὰς θεοῖς δεῖν νομίζειν καὶ τοῖς ἥρωσι μὴ τὰς ἴσας κτλ.* praeterea Aristoteli tribuit — Ar. ps. p. 201 — Hieronymi auctoritate nisus Porph. v. P. 42, quod falsum esse primus vidit E. Rohde, Mus. Rh. XXVII p. 33 not.; Gr. Rom. 255 not.

Quae ipse E. Rohde in Laertii Diog. vita Pythagorae ex Aristotelis libro *περὶ τῶν Πυθαγορείων* deprompta esse censet — L. D. VIII, 19 p. 209, 11—25; 22 sq. p. 209,39 — 210,13 Cobet —, mea quidem sententia ad solum Aristotelem non redeunt, sed ad varios auctores, imprimis ad Aristoxenum; qua de re cf. quae ipse Rohde de simili Jamblichi loco disseruit M. Rh. XXVII, 35/36 et 27/28 et Diels, Archiv f. Gesch. der Phil. III, 451 sq.; sed cum his locis non de ipsis acusmatis agatur, sed de Pythagorae ipsius vivendi ratione, haec praetermittam.

a.

Laert. Diog. VIII, 33: *τιμὰς θεοῖς δεῖν νομίζειν καὶ τοῖς ἥρωσι μὴ τὰς ἴσας, ἀλλὰ θεοῖς ἀεὶ μετ' εὐφημίας λευχειμονοῦντας καὶ ἁγνεύοντας, ἥρωσι δ' ἀπὸ μέσου ἡμέρας· τὴν δ' ἁγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν καὶ λουτρῶν καὶ περιῤῥαντηρίων καὶ διὰ τοῦ καθαρεύειν ἀπό τε κήδους καὶ λεχοῦς καὶ μιάσματος παντὸς καὶ ἀπέχεσθαι βρωτῶν θνησειδίων τε κρεῶν καὶ τριγλῶν καὶ μελανούρων καὶ ᾠῶν καὶ τῶν ᾠοτόκων ζῴων καὶ κυάμων καὶ τῶν ἄλλων ὧν παρακελεύονται καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιτελοῦντες· φησὶ δ' Ἀριστοτέλης περὶ*

τῶν κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων κτλ. — sequuntur quae supra attuli fr. 3 p. 25 sqq. — καὶ ταῦτα μέν φησιν ὁ Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηκέναι, καὶ τὰ ἐκείνων ἐχόμενα ὁ Ἀριστοτέλης.

Re vera cum Aristotelis fragmento minime cohaerere haec verba efficitur primum quidem ea re, quod ipse Laertius Diog. tam clare et distincte initium fragmenti Aristotelici indicat, ut m. qu. s. hac de re disceptari non possit; deinde haec sententiae cum eis quae antecedunt tam arte coniunctae sunt, ut non sine magna difficultate inde abscindi possint; antecedentia autem deprompta sunt ex Alexandri (Polyhistoris haud dubie) φιλοσόφων διαδοχαῖς (cf. § 24 fin.); Alexander vero hausit, ut ipse profitetur, ex Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν, quorum de natura et fide cf. quae docuit Zeller, Philos. d. Gr. III, 2 [3] p. 88 sq. Ad postrema Alexandri Polyhist. verba accuratius explicanda adducitur Aristotelis auctoritas, quare ipsa haec verba Aristoteli tribui non possunt. Adductus est fortasse V. Rose ut aliter sentiret his cogitationibus: congruunt nonnullis in rebus Alexandri Polyhist. verba cum certe Aristotelicis, sicut quae dicuntur de legibus caeremonialibus a Pythagoreis observatis etc., sed iniuria inde colligitur haec enuntiata Aristotelis fragmento asserenda esse, nam aut adhibuit anonymus Πυθαγορικῶν ὑπομνημάτων auctor Aristotelis librum περὶ τῶν Πυθαγορείων — id quod mihi quidem verisimile non est — aut ex eorum Pythagoreorum numero erat, qui propria societate Pythagorica exstincta — postremi vero Pythagorei erant Aristoxeni auctores — cum Cynicis quibusdam et Orphicis coniuncti Pythagoricam vivendi rationem (a Luciano iam derisam cf. J. Bruns, M. Rhen. XLIII, 90 sq.) continuabant, multis quidem falsis praeceptis ornatam, sed tamen quodammodo cum ipsius Pythagorae doctrina cohaerentem; *) deinde vero in errorem induci potuit V. Rose ratione, qua fontes suos indicat Laert. Diog., qui saepius ita fontes suos laudat, ut cum ex auctore aliquo praecepta quaedam allata sint, his addantur alia ex

---

*) [Similiter Rohde, Psyche p. 452, 1.]

alio auctore distincte nominato, sed ita ut hic auctor etiam antecedentia probasse dicatur, ut e. gr. L. D. VIII, 19 — frg. 4 p. 29 — . . . *καρδίας τ' ἀπέχεσθαι καὶ κυάμων· Ἀριστοτέλης δέ φησι καὶ μήτρας καὶ τρίγλης ἐνίοτε.* Intercedere inter hunc locum et nostrum similitudinem quandam nemo negabit; sed cum § 19 indicetur particula *καὶ* addita (*Ἀριστοτέλης δέ φησι καὶ κτλ.*) antecedentia quoque Aristotelis auctoritate niti, nostro loco talis particula plane deest, immo vero repetitis verbis . . *περὶ τῶν κυάμων* . . . *ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων* clarissime indicatur novum incipere fontem, cum antecedenti non consentientem.

Falso igitur haec enuntiata Aristoteli tribuit V. Rose.

b.

V. Rosei coniecturam — Ar. ps. p. 201 (197) — Porphyr. v. P. 42 Aristoteli tribuenda esse refutavit iam E. Rohde l. l., neque vero Roseo probavit, qui in novissima fragmentorum editione Porphyrii locum inter fragmenta Aristotelica enumerat. Nititur V. Rose loco Hieronymi adv. Rufin. III p. 469 (Migne, Curs. patrolog. ser. lat. XXIII p. 486) — cf. Ar. ps. p. 201 (Arist. fragm. p. 160) —, ubi Hieronymus, qui transscribit Porphyrium, Aristoteli tribuit symbola a Porphyrio § 42 servata.

Porph. v. P. 42:	Hieronymus l. l.: Pythagorica et illa praecepta sunt, amicorum omnia esse communia etc. . . . . . illaque aenigmata quae diligentissime Aristoteles in suis libris prosequitur: stateram ne transsilias etc.
ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν, οἷον ὅτι τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει Κρόνου δάκρυον κτλ. . . . . . . *ἦν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος τῶν συμβόλων τοιοῦτον· ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν κτλ.* . . .	

Vertit haud dubie Hieronymus verbis: illaque aenigmata etc. Porphyrii *ἃ δὴ ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν,* sed quae apud Porphyrium recte collocantur ad solam § 41, Hieronymus aut falsa coniectura aut „transscribendi ardore" ad sequentia traxit. Praeterea — cf. Rohde l. l. — ea sym-

bola interpretandi ratio, quam secutus est Porphyrii auctor, minime quadrat ad Aristotelicam rationem, quam cognovimus. Re vera provenerunt Porphyrii *σύμβολα*, ut postea demonstrabitur, ex Androcydis Pythagorici libro *περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων* conscripto.

Haec sunt quae de Aristotelis fragmentis ad acusmata Pythagorica spectantibus dicenda habeo.

Acusmata erant Aristoteli omnia dicta et praecepta Pythagorica, quae ipsi Pythagorae tributa repperit, quorum maior pars erat *περί τε θυσίας καθ' ἑκάστους τοὺς καιροὺς πῶς χρὴ ποιεῖσθαι, τάς τε ἄλλας (θεῶν θρησκείας) καὶ περὶ μετοικήσεως τῆς ἐντεῦθεν καὶ περὶ τὰς ταφάς, πῶς δεῖ καταθάπτεσθαι,* minor continebat eiusmodi dicta, quae Porphyrius vocat *συμβολικῶς εἰρημένα·* nonnulla vero erant praecepta mere ethica. Acusmatis subiecit icotologias, quas repperit, quarum duo distinxit genera, alterum ex vera vetustissimi Pythagoreismi notitia haustum, alterum longius arcessitum et inventum non ab ipsis Pythagoreis, sed ab extraneis quibusdam *ἐπισοφιζομένοις προσάπτειν εἰκότα λόγον.*

Ex se ipso nullas addidit explicationes, sed eas solas rettulit, quas reppererat; quod fecit fortasse et quod ipse verum acusmatum singulorum sensum non iam perspexit, et quod libro *περὶ τῶν Πυθαγορείων* conscripto nil nisi collectionem acusmatum instituere in animo habuit; videtur autem Aristoteles ad dicta Pythagorica solam adhibuisse vocem *ἄκουσμα.*

Ex argumento acusmatum et doctrinae in eis reconditae indole conclusit — id quod aliunde quoque constitit — Pythagoram non primis Graecorum philosophis adnumerandum esse, sed vatibus illis et viris doctis, quales erant VII sapientes. Ad solum denique Aristotelem referenda esse videtur distributio acusmatum secundum tres interrogationis species, quibus respondentia fecit singula acusmata; quae distributio quam extranea sit neminem fugiet, probabilior est altera secundum argumentum acusmatum, quae pertinent ad *θυσίας, τὰς ἄλλας θεῶν θρησκείας, τὴν ἐντεῦθεν μετοίκησιν,*

τὰς ταφάς. Quot vero acusmata collegerit Aristoteles, quot denique praecepta mere ethica inter acusmata fuerint, decernere non possumus.

VI.

De Androcydis Pythagorici libro de symbolis Pythagoricis conscripto.

Ab Jamblicho laudatur v. P. 145 Nauck. Androcydis cuiusdam liber de symbolis Pythagoricis conscriptus: *ὅτι δ' οὐδὲν ᾤοντο ἐκ ταὐτομάτου συμβαίνειν καὶ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ κατὰ θείαν πρόνοιαν κτλ.* . . . . ., *βεβαιοῖ τὰ ὑπὸ Ἀνδροκύδου ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων ἱστορούμενα κτλ.* · quem Androcydem fuisse Pythagoricum comperimus ex theologumenis arithmeticae p. 40 Ast: *Ἀνδροκύδης ὁ περὶ τῶν συμβόλων γράψας*; symbola Pythagorica Androcydi Pythagorico adscripta afferunt Trypho *περὶ τρόπων* ed. Spengel, rhet. graec. III p. 193 [1]) et paroemiographi — cf. v. Leutsch in indice paroemiogr. editioni adiecto s. v. *Ἀνδροκύδης* —; dicta aliqua symbolis similia, quae vocarentur *τὰ Ἐφέσια γράμματα,* explicata esse ab Androcyde Pythagorico testatur Clemens Alexandr. stromat. V,568 A. Sylb. III,35, 12 Ddf.

Omnibus his locis de eiusdem Androcydis Pythagorici libro de symbolis Pythagoricis condito haud dubie agitur; mirum est, quod nemo adhuc virorum doctorum temptavit, num ex accurata omnium symbolorum tractatione de ipso Androcyde Pythagorico et eius libro certius aliquid enucleari possit; non enim sufficiunt, quae afferunt Teuffel ap. Pauly, encyclop. real. I,988 et — paulo accuratius — E. Zeller, hist. phil. gr. III,2[3] p. 102 not.

Cum nusquam traditum sit, qua aetate vixerit Androcydes, ad coniecturas confugiendum est; auctorum vero, qui

---

[1]) = Walz, rhet. gr. VIII p. 734; Titze, Moschopuli opera grammatica p. 75, ubi pro tradito *ἀνδοκίδης* scribendum esse *Ἀνδροκύδης* docet A. Nauck. Mus. Rhen. n. s. VI,492.

Androcydis librum laudant, longe vetustissimus est Trypho Alexandrinus, siquidem is *περὶ τρόπων* liber, in quo Androcydes laudatur, recte tribuitur Tryphoni Alexandrino; nam duo exstant *περὶ τρόπων* dissertationes in codd. msc. Tryphoni adscriptae, quarum una tantum Tryphoni tribui potest, alteram falso Tryphoni adscriptam esse oportet.

Censebant vero Walz et Spengel, quibus adstipulatur A. de Velsen, Tryphonis grammat. Alexandr. frgm., Berol. 1853 p. 100/101, eum *περὶ τρόπων* librum, in quo Androcydes noster laudatur, recte fortasse tribui Tryphoni Alexandrino grammatico, alterum esse Gregorii Corinthii, qui utebatur Tryphonis libro, sed multa vel ex se ipso vel aliis ex auctoribus addidit.

De Tryphone Alexandrino autem, Ammonii filio, grammatico et poëta, tradit Suidas s. v. *Τρύφων*: *γεγονὼς κατὰ τοὺς Αὐγούστου χρόνους καὶ πρότερον*, i. e. Trypho floruit — nam haec est verbi *γεγονὼς* significatio, cf. A. de Velsen, l. l. p. 1. 2.; E. Rohde, Mus. Rhen. XXXIII,179 sq. — circa quinquagesimum vel quadragesimum a. Ch. n. annum. Androcydes igitur, quem Trypho laudat, vixit, si vera est Walzii et Spengelii opinio, aut eisdem temporibus aut antea, et liber de symbolis Pythagoricis aut ante aut circa dimidium primi a. Ch. n. saeculi conscriptus est.

Nominantur vero praeter Androcydem Pythagoricum et Androcydes pictor, cuius tabulas celeberrimas bis vel ter laudat Plutarchus, et Androcydes medicus, quem laudant Theophrastus, hist. plant. IV,16, 6 ed. Wimmer p. 137 sq. (= Plin. nat. hist. XVII,240 Detlefsen): *ἔνια δὲ οὐ φθείρει μέν, χείρω δὲ ποιεῖ ταῖς δυνάμεσι τῶν χυλῶν καὶ τῶν ὀσμῶν οἷον ἡ ῥάφανος καὶ ἡ δάφνη τὴν ἄμπελον· ὀσφραίνεσθαι γάρ φησι καὶ ἕλκειν· διὸ καὶ ὅταν ὁ βλαστὸς πλησίον γένηται, πάλιν ἀναστρέφειν καὶ ἐκχωρεῖν ὡς πολεμίας οὔσης τῆς ὀσμῆς. Ἀνδροκύδης δὲ καὶ παραδείγματι τούτῳ κατεχρήσατο πρὸς τὴν βοήθειαν τὴν ἀπὸ τῆς ῥαφάνου γινομένην πρὸς τὸν οἶνον ὡς ἐξελαύνουσαν τὴν μέθην· φεύγειν γὰρ δὴ καὶ ζῶσαν τὴν ἄμπελον τὴν ὀσμήν· αἱ μὲν οὖν φθοραὶ πῶς τε γίνονται καὶ πόσαι καὶ ποσαχῶς φανερὸν ἐκ τῶν προειρημένων·* et Clearchus

Solensis ap. Athen. VI,258 Kaibel[2]): Ἀνδροκύδης δ' ὁ ἰατρὸς ἔλεγε τὴν κολακείαν ἔχειν τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ταῖς ὁμιλίαις. Vixit igitur Androcydes medicus ante Theophrastum et Clearchum — nam de mortuo dici Androcyde sequitur ex ratione qua laudatur: κατεχρήσατο, ἔλεγε — et egit, ut videtur, de intemperantia et de vitiis ex ea oriundis deque remediis, quibus sanari possent homines immoderati.[3])

Ad eundem Androcydem medicum pertinent haud dubie, quae Plinius refert, nat. hist. 14, 5, 58 (II, p. 361 ed. Jan-Mayhoff): „vino natura est hausto accendendi calore viscera intus, foris infusus refrigerandi. nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit, intemperantiam eius cohibens: »Vinum poturus, rex, memento bibere sanguinem terrae. Cicuta hominis venenum est, cicutae vinum.« Quibus praeceptis ille si obtemperavisset, profecto amicos in temulentia non interemisset, prorsus ut iure dici possit neque viribus corporis utilius aliud neque voluptatibus perniciosius, si modus absit.“ Circumferebatur igitur Plinii temporibus — nam ex se ipso videtur haec addere Plinius, non alio ex auctore haurire — epistola quaedam, ab Androcyde „sapientia claro“ ad Alexandrum Magnum missa, qua intemperantia regis vituperabatur et remedia ei offerebantur, quibus vitia ex largiore vini usu oriunda sanari possint. Vides quam accurate huius epistolae argumentum congruat cum eis, quae ex Androcyde medico Theophrastus et Clearchus afferunt; quare probabilis mihi esse videtur coniectura Androcydem, quem vocat Plinius sapientia clarum, Plinii sententia eundem fuisse atque Androcydem medicum, qui Alexandri Magni aequalis erat. Scripsisse autem ipsius Alexandri regis temporibus auctorem quemquam talia praecepta ad regem, cuius de iracundia tot exstant exempla, ut „iracundiam eius cohi-

---

[2]) Clearchi fragmentum (ex Gergithio depromptum) apud Athenaeum ita est determinandum ut Kaibel fecit; erravit hac de re C. Müller, FHGr. II,312 frg. 25.

[3]) Nonne in libro περὶ μέθης vel similiter inscripto?

beret", prorsus incredibile est; quare non dubito, quin spuria sit haec Androcydis ad Alexandrum Magnum epistola et a falsario aliquo Plinii temporibus vel paulo antea Androcydi medico, qui Alexandri regis temporibus vixit et similis argumenti librum conscripserat, supposita.

Eiusdem epistolae alterum fragmentum exstat, si quidem — id quod mihi quoque videtur — recte ad hanc epistolam hunc locum rettulit Zeller l. l., apud Clementem Alexandrinum stromat. VII, 33 (III p. 280, 16 sqq. Ddf.), ubi Clemens inter alia abstinentiae praecepta affert: ‚*οἶνος γάρ φησιν Ἀνδροκύδης καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχελεστέραν.*‘ *κτλ.*, quae sententia occurrit nulli adscripta auctori — cf. Zeller l. l. — apud Plutarchum de tranquill. anim. 13 p. 472 D. Wytt. et, quod fugit Zellerum, iterum ap. Plutarch. de carnium esu p. 995 D., sed ionica dialecto conscripta, unde Wyttenbachius — in indice verborum Plutarch. s. v. *ἐμφόρησις* — conclusit Hippocrati deberi hanc sententiam; tribuenda est, ut ex Clemente discimus, Androcydi, quem librum suum ionica dialecto conscripsisse ex Plutarchi verbis conicere possumus: *οἶνος γὰρ καὶ σαρκῶν ἐμφορήσιες σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιέουσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δ' ἀσθενέα.* [4])

Supposita igitur est Androcydi medico, cuius sententias de intemperantia laudant Theophrastus et Clearchus, spuria similis argumenti epistola ionica dialecto conscripta.

Eadem ionica dialecto conscriptus erat Androcydis Pythagorici *περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων* liber, ut conspicitur ex Nicomachi Geraseni introduct. arithm. ed. Hoche I, 3, 3 p. 6: *ὅπερ γὰρ ζωγραφίη συμβάλλεται τέχναις βαναύσοις πρὸς θεωρίης ὀρθότητα, τοῦτό τοι γραμμαὶ καὶ ἀριθμοὶ καὶ ἁρμονικὰ διαστήματα καὶ κύκλων περιπολήσιες πρὸς λόγων σοφῶν μαθήσιας συνεργίην ἔχουσιν, Ἀνδροκύδης φησὶν ὁ Πυθαγόρειος·* qua ex re probabile est conicere Plinii Androcydem „sapientia clarum" eundem esse atque Androcydem Pythagoricum, qui

---

[4]) Eadem subest sententia Porphyr. de abstin. I, 34 p. 111, 26 ed.[2] Nauck.

de symbolis scripsit, praesertim cum satis clare demonstrari possit hunc *περὶ Πυθ. συμβόλων* librum aeque atque epistolam illam ab Androcyde ad A. M. missam spurium esse et Androcydi cuidam veteri Pythagoreo subditum. Ex argumento enim fragmenti, quod servatur in „commentario Johannis grammatici Alexandrini Philoponi ad primum librum Nicomachi arithmeticae introductionis" ed. R. Hoche Lps. 1864 (Teubner) p. 7/8: *τούτου δὲ πολλαὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν παρατίθενται πίστεις· Ἀνδροκύδης γάρ φησιν ὁ Πυθαγόρειος* — cf. supra — *ὥσπερ ζωγραφία ταῖς βαναύσοις τέχναις συμβάλλεται, σκιαγραφοῦσα τὸ ἑκάστης ἔργον· καὶ γὰρ τῇ ἀνδριαντο — ποιητικῇ τὸ γενησόμενον διαγράφει πλάσμα, καὶ οἰκοδόμῳ τὸ οἰκοδόμημα, καὶ τοῖς περὶ αἰσθητὰς ποικιλταῖς, καὶ τοῖς τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἐργαζομένοις, καὶ πάλιν ἁπλῶς, οὕτως καὶ τοῖς φιλοσοφοῦσιν αἱ τέσσαρες μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι συμβάλλονται, οἱονεὶ μελετᾷ ἐθίζουσαι τὰς τῶν χωριστῶν καὶ θείων εἰδῶν οὐσίας δίχα πάσης ὕλης νοεῖν· καὶ Ἀρχύταν δὲ τὸν ταραντῖνον τὰ αὐτὰ παρίστασι λέγοντα κτλ.*, [5]) sequitur Archytae fragmentum spurium, — videmus hunc librum a vetere Pythagoreo nullo pacto conscriptum esse posse, nam quae proferuntur de quadrivio illo, ut hanc docendi rationem vocat Ps. Boëtius -- cf. Ast ad theol. arithm. p. 211; Zeller l. l.; L. Grasberger, Erziehung und Unterricht im kl. Altert. II, § 8 p. 234 sqq.; cf. M. Schanz, Röm. Litterat. I, § 188 p. 283; J. Müller, Gr. Privataltert. [2] p. 181 —, minime quadrant ad veterum Pythagoreorum tempora, immo ad Alexandrinam vel posteriorem aetatem; ea autem ex re quod una cum Archyta et aliis enumeratur a Johanne Philopono Androcydes, conspicitur Androcydem veteribus Pythagoreis adnumeratum esse, quod tum demum fieri potuit, cum ipse Androcydes veterem se esse Pythagoreum contendebat. Conscriptus igitur est Androcydis Pythagorici de symbolis liber post postremos Pythagoreos, h. e. post Aristoxeni auctores

[5]) Primus hoc Johannis etc. Philoponi scholion edidit Angelo Mai, spicilegium Romanum II, praefat. p. XX — Romae 1839 —, sed prima verba satis memorabilia *τούτου δὲ πολλαὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν παρατίθενται πίστεις*, nondum attulit.

Xenophilum etc.: L. D. VIII, 46; Jambl. v. P. 251, et ante vel circa dimidium primi a. Ch. n. saeculi; eadem igitur aetate qua conscripta est Androcydis epistola ad Alexandrum Magnum missa, quam laudat Plinius.

Quare equidem non dubito, quin et Androcydis „sapientia clari" epistola et Androcydis Pythagorici liber *περὶ Πυθ. συμβόλων* conscriptus eadem aetate ab eodem falsario eidem Androcydi medico supposita sint.

Considerantes vero morem fuisse falsariorum, ut libris subditiciis epistolam ad notum quendam et celeberrimum virum datam praemitterent, qua augeretur fides adulterii fetus; — qua de re nuper egit Diels, Archiv für Gesch. d. Phil. III, p. 451,1.[6]) cf. Schanz, Röm. Litt. II,468 de Frontini spurio libro IV strategematum — probabile esse fatebimur conicere eadem ratione inter se coniunctos esse duos libros Ps. Androcydeos.

Haud exigua enim fides accrevit libro *περὶ Πυθ. συμβ.* ea ex re, quod una cum eo efferebatur Androcydis, quem Alexandri temporibus vixisse constitit, ad ipsum Alexandrum Magnum epistola, qua admonebatur rex, ne nimio vini usui se daret et omnino intemperantiam cohiberet: quae praecepta optime ad Alexandrum dirigebantur. Quare, ut ex Plinio videmus, nemo dubitavit, quin genuina esset haec Androcydis „sapientia clari" epistola; si vero epistola genuina erat, genuinus erat liber quoque ea introductus, quippe quo Pythagorae auctoritate probari viderentur epistolae praecepta;

---

[6]) **Erravit vero Diels, quod Ps. Lysidis epistolam — cf. Hercher, epistologr. gr. 602,7 sqq. — praemissam esse putat *ἱερῷ λόγῳ* ap. L. D. VIII,17 ipsi Pythagorae tributo, id si concedimus Dielesio, Aristoxeni auctoribus, Xenophilo etc., hunc sacrum sermonem praesto fuisse — Diels p. 467 —; Ps. Lysidis enim epistola saepius verbo tenus congruit cum Aristoxeni fragmentis (Lysid. epist. ed. Herch. p. 602,28 = Aristoxen. ap. Jambl. v. P. 77; Lys. p. 602,38—53 = Jambl. v. P. 77/78; 34; 209/210 ex Aristoxeno), id quod ita tantum explicari potest, quod ex Aristoxeno hausit Ps. Lysis; quare libro ipso Aristoxeno multo vetustiori haec epistola praemissa esse nequit, immo vero *ἱερὸς λόγος* quem praefatus erat, post Aristoxenum erat conditus, id quod aliis quoque de causis verisimilius est.**

omnia enim symbola Pythagorica Androcydi sunt praecepta ethica praecipue ad cupiditates et intemperantiam cohibendas spectantia; sic valet *ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν*, quod re vera est praeceptum superstitiosum, ut *σάρον μὴ ὑπερβαίνειν* etc. etc., *τὸ δίκαιον μὴ παραβαίνειν·* sic *πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν*, quod ad daemonum cultum spectat, inest enim igni daemon aliquis, quem gladio violare nefas est, explicatur *τὸν θυμούμενον λόγοις μὴ ἐρεθίζειν* etc. — cf. infra frg. 5. —

Suppositus igitur est m. qu. o. primo fortasse a. Ch. n. saeculo Androcydi medico, qui Alexandri Magni aetate vixit, a falsario aliquo liber *περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων* inscriptus; cui libro ut maiorem indueret auctoritatem et fidem, ipsum Androcydem nominavit falsarius Pythagoreum (fortasse mero errore, congruunt enim Androcydis medici sententiae cum Pythagoricis, fortasse consilio). Ita simul epistolae ad Alexandrum cohortandi causa praemissae praecepta commendabantur Pythagorica auc-toritate.

Totum opus conscriptum erat dialecto ionica, unde fortasse docemur de fontibus, quibus ad opus suum consarcinandum usus sit falsarius. Ionica enim dialecto conscripta erat Anaximandri Milesii *συμβόλων Πυθαγορείων ἐξήγησις* — cf. p. 21 — quo ex libro fortasse sibi vindicavit falsarius dialectum ionicam,[7]) qua liber consecutus est antiquitatis quendam colorem et fulgorem.

Fragmenta vero Androcydei *περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων* libri exstant haec:

1.

Jamblichus vit. Pyth. § 145 ed. Nauck p. 105: *ὅτι δ' οὐδὲν ᾤοντο ἐκ ταὐτομάτου συμβαίνειν καὶ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ*

---

[7]) Firmatur fortasse haec opinio similitudine, quae intercedit inter Anaximandri symbolum tertium et Hippolyti sextum, quod ex Androcyde fluxit: Anaximander: *ἀπὸ ὁλοκλήρου ἄρτου μὴ ἐσθίειν*. Androcydes: *ἀπὸ ὅλου ἄρτου μὴ ἀπόδακνε· τὰ ὑπάρχοντά σοι μὴ μειοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προσόδου ζῆθι, φύλασσε δὲ τὴν οὐσίαν ὡς ἄρτον ὁλόκληρον*. Sed res est dubia.

κατὰ θείαν πρόνοιαν, μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς καὶ εὐσεβέσι τῶν ἀνθρώπων, βεβαιοῖ τὰ ὑπὸ Ἀνδροκύδου ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων ἱστορούμενα περὶ Θυμαρίδου τοῦ Ταραντίνου (N. coni. Θυμαρίδα τοῦ Παρίου), Πυθαγορικοῦ. ἀποπλέοντι γὰρ αὐτῷ καὶ χωριζομένῳ διά τινα περίστασιν, παρέστησαν οἱ ἑταῖροι ἀσπαζόμενοί τε καὶ προπεμπτικῶς ἀποτασσάμενοι. καί τις ἤδη ἐπιβάντι τοῦ πλοίου εἶπεν· „ὅσα βούλει, παρὰ τῶν θεῶν (γένοιτό σοι), ὦ Θυμαρίδα". καὶ ὅς „εὐφήμει" ἔφη „ἀλλὰ βουλοίμην μᾶλλον, ὅσ' ἂν μοι παρὰ τῶν θεῶν γένηται".

Attulit ergo Androcydes ad symbola explicanda narratiunculas de singulorum Pythagoreorum virtutibus circumlatas, similiter atque Aristoxenus, qui ut fragmenta docent — cf. C. Müller, F. H. Gr. II, 269 —, illustravit praecepta Pythagorica episodicis narrationibus.

2.

Clemens Alexandrinus stromat. V, 568 A. Sylb. III p. 35, 12 Dind.: καὶ τί μοι περὶ βαρβάρους ἐνδιατρίβειν, ἐξὸν αὐτοὺς τοὺς Ἕλληνας σφόδρα τῇ ἐπικρύψει κεχρημένους παραστῆσαι; Ἀνδροκύδης γοῦν ὁ Πυθαγορικὸς τὰ Ἐφέσια καλούμενα γράμματα ἐν πολλοῖς δὴ πολυθρύλητα ὄντα συμβόλων ἔχειν φησὶ τάξιν, σημαίνειν δὲ Ἄσκιον μὲν τὸ σκότος, μὴ γὰρ ἔχειν τοῦτο σκιάν· φῶς δὲ Κατάσκιον, ἐπεὶ καταυγάζει τὴν σκιάν· Λίξ τέ ἐστιν ἡ γῆ κατὰ ἀρχαίαν ἐπωνυμίαν, καὶ Τετρὰς ὁ ἐνιαυτὸς διὰ τὰς ὥρας, Δαμναμενεὺς δὲ ὁ ἥλιος ὁ δαμάζων, τὰ Αἴσιά τε ἡ ἀληθὴς φωνή. σημαίνει δ' ἄρα τὸ σύμβολον ὡς κεκόσμηται τὰ θεῖα· οἷον σκότος πρὸς φῶς, καὶ ἥλιος πρὸς ἐνιαυτὸν καὶ γῆ πρὸς παντοίαν φύσεως γένεσιν.

Praeter symbola Pythagorica Androcydes alia quoque dicta symbolica tractavit, ea ratione, ut sicut in aenigmatis singulas voces mystico quodam sensu usurpatas esse putet. Quod vero τετρὰς significare dicitur quattuor anni tempora, vetustissima est Graecorum sententia; qua de re cf. Diels, l. l. Archiv III p. 463/464.

3.

Ad eiusdem τετράδος explicationem pertinere videntur Androcydis verba, quae supra — p. 43. 44 — iam attuli ex

Joh. Philoponi commentario ad Nicomachi introd. arithm. et ex ipso Nicomacho, introd. arithm. 1, 3, 3.

4.

Theologum. Arithmet. ed. Ast p. 40: *Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ στ´* (6) *κύβος σιστ´ γίνεται, ὁ ἐπὶ ἑπταμήνων γονίμων χρόνος, συναριθμουμένων ταῖς ἑπτὰ τῶν ἓξ ἡμερῶν, ἐν αἷς ἀφροῦται καὶ διαφύσεις σπέρματος λαμβάνει τὸ σπέρμα, Ἀνδροκύδης δὲ ὁ Πυθαγορικὸς ὁ περὶ τῶν συμβόλων γράψας καὶ Εὐβουλίδης ὁ Πυθαγορικὸς καὶ Ἀριστόξενος καὶ Ἱππόβοτος καὶ Νεάνθης, οἱ κατὰ τὸν ἄνδρα γράψαντες, σιστ´ ἔτεσι τὰς μετεμψυχώσεις τὰς αὐτῷ συμβεβηκυίας ἔφασαν γεγονέναι· μετὰ τοσαῦτα γοῦν ἔτη εἰς παλιγγενεσίαν ἐλθεῖν Πυθαγόραν καὶ ἀναζῆσαι ὡσανεὶ μετὰ τὴν πρώτην ἀνακύκλωσιν καὶ ἐπάνοδον τοῦ ἀπὸ τοῦ ἓξ ψυχογονικοῦ κύβου, τοῦ δ᾽αὐτοῦ καὶ ἀποκαταστατικοῦ διὰ τὸ σφαιρικόν, ὡς δὲ καὶ ἄλλο διὰ τούτων ἀνάζησιν ἔσχεν·* sequuntur quae narrantur de Euphorbo etc. cf. L. D. VIII, 5 et saepissime.

Egit igitur Androcydes etiam de migratione animarum; ex auctorum serie, qui Androcydi adduntur, vix quicquam concludere possumus de fontibus, quibus Androcydes usus sit. — cf. E. Rohde, Mus. Rhen. nov. ser. XXVI p. 558.

5.

Symbola Pythagorica Androcydi diserte tribuuntur apud solum Tryphonem et paroemiographos, sed plures auctores haud dubie ad Androcydem redeunt, ut statim patebit collatis symbolis e. gr. a Ps. Plutarcho de educat. pueror. c. 17, a. L. D. VIII, 17. 18, a Porphyrio v. P. 42, aliis traditis cum symbolis Androcydi nominatim tributis. Tabulas enim si examinaveris, quas hoc consilio confeci, saepe videbis ipsa verba, semper autem explicandi rationem inter se congruere, ita ut haec omnia ex Androcydis de s. P. libro provenire non sit dubium.

Tabulae.

Androcydes ap. Tryphonem l. l. cf. p. 40.

γίνεται δὲ τὸ αἴνιγμα κατὰ μὲν ὅμοιον, οἷον (sc. *αἴνιγμα*) *Ἀνδροκύδης ὁ Πυθαγορικὸς ἔλεγε·*

1. *ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν,* [8] *ἀντὶ τοῦ* (*τὸ*)[9] *δίκαιον μὴ παραβαίνειν.*

2. *γαμψώνυχας μὴ τρέφειν, ἀντὶ τοῦ ἅρπαγας φεύγειν.*

3. *μελάνουρον μὴ ἐσθίειν ἀντὶ, τοῦ ψευδῆ λόγον μὴ προΐεσθαι* [10]*· τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι* [11] *μελαίνεται καὶ ἀμαυροῦται.*

---

[8]) Redit Androcydi adscriptum ap. Anecdot. gr. ed. Boissonade I p. 113; Mant. proverb. 1, 58 ap. v. L. Paroemiogr. gr. II p. 753.

[9]) Excidit haud dubie *τὸ*, quod praebet L. D. VIII, 17.

[10]) Finckh, zu Tr. *περὶ τρόπων*, Philolog. 24, 338 pro *προΐεσθαι* scribendum esse putat *προςίεσθαι*, quod ad *ἐσθίειν* melius quadret.

[11]) Verba *ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι* suspiciosa mihi sunt.

Demetrius Byzantius ap. Athenae. X, 452 d. e. Kaibel.

καὶ τὰ Πυθαγόρου δὲ αἰνίγματα τοιαῦτά ἐστιν, ὥς φησιν Δημήτριος ὁ Βυζάντιος ἐν τετάρτῳ περὶ ποιημάτων.

3. *ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, ἀντὶ τοῦ πᾶσαν πλεονεξίαν φεύγειν καὶ στυγεῖν, ζητεῖν δὲ τὸ ἴσον.*

Ps. Plutarch. de educat. eror. c. 17 p. 14,28 sqq. Dübner p. 12, D—E. Wyttenbach.

Καθόλου δὲ ἀπείργειν π ἥκει τοὺς παῖδας τῆς π τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπ συνουσίας· ἀποφέρονται τι τῆς τούτων κακίας· τοῦτ παρήγγελλε καὶ Πυθαγό αἰνίγμασιν, ἅπερ ἐγὼ πα θεὶς ἐξηγήσομαι κτλ. [12])

2. *μηδὲ ζυγὸν ὑπερβαίν τουτέστι, ὅτι δεῖ τῆς δικ σύνης πλεῖστον ποιεῖσ λόγον καὶ μὴ ταύτην ὑπ βαίνειν.*

1. *μὴ γεύεσθαι μελανούρω τουτέστι, μὴ συνδιατρίβειν μ λασιν ἀνθρώποις διὰ κα κοήθειαν.*

---

[12]) cf. Wyttenbachii anima versiones ad Plut. moral. oper. I, (= vol. VI, 1) p. 138 sqq. ed. Oxo

orphyrius, vit. Pyth. § 42 edit.[2] Nauck p. 39,6 sqq. ' *δὲ καὶ ἄλλο τῶν συμβόλων εἶδος τοιοῦτον·*	Laertius Diog. VIII, 17 sqq. ed. Cobet = Suidas s. v. *Πυθαγόρα τὰ σύμβολα.*	Hippolytus, refut, haeret. VI, 26/27 p. 266 ed. Gottg. § 27. *Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τὰ σκοτεινῶς ὑπὸ τοῦ Πυθαγόρου λεγόμενα πρὸς τοὺς μαθητὰς δι' ὑποσυμβόλων ἐνηρξάμεθα λέγειν, δοκεῖ καὶ τῶν ἑτέρων ὑπομνησθῆναι διὰ τὸ καὶ τοὺς αἱρεσιάρχας τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ ἐπικεχειρηκέναι ὁμιλεῖν διὰ ὑποσυμβόλων, καὶ τοῦτο οὐκ ἰδίων, ἀλλὰ Πυθαγορείων πλεονεκτήσαντες λόγων. Διδάσκει οὖν ὁ Πυθαγόρας τοὺς μαθητὰς λέγων·*
ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τοῦτ' ἔστι μὴ πλεονεκτεῖν.	2. *τὸ δὲ ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν [τουτέστι] τὸ ἴσον καὶ δίκαιον μὴ ὑπερβαίνειν.*	
	14. *γαμψώνυχας μὴ τρέφειν.*	

Androcydes.	Demetrius Byzantius.	Ps. Plutarchus.
4. *ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν, τουτέστι μὴ ἐπαναπαύεσθαι τῇ ἐφημέρῳ τροφῇ, ἀλλὰ προεισφέρειν*[13].	5. *μὴ καθῆσθαι ἐπὶ χοίνικα, ἀντὶ τοῦ μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι.*	3. *μὴ ἐπὶ χοίνικα καθίσαι φεύγειν ἀργίαν καὶ προνοεῖν ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν.*
5. *μαχαίρᾳ πῦρ μὴ σκαλεύειν, τουτέστι τὸν θυμούμενον λόγοις μὴ ἐρεθίζειν.*	2. *πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, ἀντὶ τοῦ τεθυμωμένον ἄνδρα μὴ ἐριδαίνειν· πῦρ γὰρ θυμός, ἡ δὲ ἔρις μάχαιρα.*	6. *πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν ἀντὶ τοῦ θυμούμενον μὴ ἐρεθίζειν, οὐ γὰρ προσήκει ἀλλὰ ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις.*
	1. *καρδίαν μὴ ἐσθίειν, ἀντὶ τοῦ ἀλυπίαν ἀσκεῖν.*	7. *μὴ ἐσθίειν καρδίαν, μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν ταῖς φροντίσιν αὐτὴν κατατρύχοντα.*
	4. *λεωφόρους (ὁδοὺς)*[14] *μὴ στείχειν, ἀντὶ τοῦ γνώμῃ (τῶν) πολλῶν μὴ ἀκολουθεῖν· εἰκῇ γὰρ ἕκαστος ὅτι ἂν δόξῃ ἀποκρίνεται· τὴν δ' εὐθεῖαν ἄγειν ἡγεμόνι χρώμενον τῷ νῷ.*	
	6. (*ἀποδημοῦντα ἐπὶ τοῖς ὅροις μὴ ἐπιστρέφεσθαι*)· *ὅρια γὰρ καὶ πέρας ζωῆς ὁ θάνατος· τοῦτον οὖν οὐκ ἐᾷ μετὰ λύπης καὶ φροντίδος προΐεσθαι.*[15])	10. *μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας· τουτέστι μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας, φέρειν εὐκόλως καὶ μὴ ἀθυμεῖν.*

[13]) Redit Androcydi tributum ap. Apostol. VIII, 34, o. ap. v. Leutsch Par. gr. II, p. 437.

[14]) Explentur Demetrii ap. Athenae. lacunae ab editoribus ex L. D. VIII, 17.

[15]) Locus ita corrigendus est, ut aut pro *τοῦτον* scribamus *ταύτην*, nam ad *ζωῆς* haud dubie spectat pronomen, aut pro *ζωῆς* vel *τοῦ ζῆν* vel *βίου*.

Porphyrius.	Laertius Diogenes.	Hippolytus.
μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθίζεσθαι, οἷον μὴ ἀργὸν ζῆν.	3. ἐπί τε χοίνικος μὴ καθίζειν, ἐν ἴσῳ τοῦ τε[16]) ἐνεστῶτος φροντίδα ποιεῖσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος· ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερησία τροφή.	
μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν, ὅπερ ἦν, μὴ τὸν ἐνοιδοῦντα καὶ ὀργιζόμενον κινεῖν λόγοις τεθηγμένοις.	1. πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, δυναστῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν.	2. πῦρ μαχαίρῃ[18]) μὴ σκάλευε· τὸν τεθυμωμένον ἄνθρωπον λέγων μὴ ἐρέθιζε· πυρὶ γὰρ ἔοικεν ὁ θυμούμενος, μαχαίρᾳ δὲ λόγος.
μὴ καρδίαν ἐσθίειν, οἷον μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις.	4. διὰ δὲ τοῦ καρδίην[17]) μὴ ἐσθίειν ἐδήλου μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις καὶ λύπαις κατατήκειν.	
τάς τε λεωφόρους μὴ βαδίζειν, δι' οὗ ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις ἐκώλυεν, τὰς δὲ τῶν λογίων καὶ πεπαιδευμένων μεταθεῖν.	11. τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν.	
μηδ' ἀποδημοῦντα ἐπιστρέφεσθαι, μὴ ἔχεσθαι τοῦ βίου τούτου ἀποθνήσκοντα.	17. διὰ δὲ τοῦ εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι παρῄνει τοῖς ἀπαλλαττομένοις τοῦ βίου μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν μηδ' ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἡδονῶν ἐπάγεσθαι.	

16) **Τε** particulam inserendam esse docuit me E. Rohde.

17) Diels Archiv III, 470 demonstrat *καρδίην* pro *καρδίαν* mero typothetae vitio deberi, nam codd. praebent omnes *καρδίαν*.

18) Scribendum haud dubie *μαχαίρᾳ* ut paulo post.

Androcydes.

Mantissae proverbiorum II 81 ed. v. Leutsch, Par. gr. II, 770.

σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν· ἐπισημαίνει γὰρ ὅτι εἰς πονηρὰν ψυχὴν ἀστεῖον λόγον ἐμβάλλειν οὐ προσῆκεν· ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐστί· τοῦτον δὲ ἀκάθαρτον ἡ πονηρία ποιεῖ τῶν ἀνθρώπων.

Ἀνδροκύδου τοῦ Πυθαγορείου[19]).

[19]) Sic correxit traditam scripturam *Ἀνδοκίδου* v. Leutsch l. l. de re conf. Wyttenbachium ad. Ps. Plut. l. l.

Ps. Plutarchus.

4. *μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν· ἀντὶ τοῦ, προχείρως οὐ δεῖ συναλλάσσειν.*

5. *μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον, ὅτι οὐ δεῖ τὸν βίον ἐπιτηδεύειν καὶ μηδενὶ δεσμῷ προσάπτειν αὐτόν*[20]).

8. *κυάμων ἀπέχεσθαι, ὅτι οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι· κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφορίαι, δι' ὧν γέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς.*

9. *σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. ἐπισημαίνει γὰρ ὅτι εἰς πονηρὰν ψυχὴν ἀστεῖον λόγον ἐμβάλλειν* (sc. *οὐ προσῆκεν*)*· ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐστί· τοῦτον δὲ ἀκάθαρτον ἡ πονηρία ποιεῖ τῶν ἀνθρώπων.*

[20]) Quid sibi velint verba *τὸν βίον ἐπιτηδεύειν* non assequor; videntur quaedam excidisse.

Porphyrius.

3. *στέφανον μὴ τίλλειν, τοῦτ*
ἔστι τοὺς νόμους μὴ λυμαί
νεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεω
οὗτοι.

8. *μηδὲ χελιδόνα ἐν οἰκί*
δέχεσθαι· τοῦτ' ἔστι λάλο
ἀνθρώπους καὶ περὶ γλῶττα
ἀκρατεῖς ὁμωροφίους μὴ ποι
εῖσθαι.

9. *φορτίον δὲ συνανατιθένα*
μὲν τοῖς βαστάζουσιν, συγ
καθαιρεῖν δὲ μή, δι' οὗ πα
παρήνει μηδενὶ πρὸς ῥαστώ
νην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν συμ
πράττειν.

ertius Diogenes.	Hippolytus.
μὴ ῥᾳδίως δεξιὰν ἐμ-άλλειν.	
	7. κυάμους μὴ ἔσθιε· ἀρχὴν πόλεως μὴ ἀποδέχου· κυάμοις γὰρ ἐκληροῦντο τὰς ἀρχὰς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον.
·. ὁμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν.	
φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, συνεπιτιθέναι δέ.	

Porphyrius.

10. *θεῶν εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν, τουτ' ἔστι τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερὸν μηδὲ εἰς πολλοὺς προφέρειν.*

11. *σπονδὰς ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῶν ἐκπωμάτων· ἐντεῦθεν γὰρ ᾐνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῇ μουσικῇ· αὕτη γὰρ δι' ὤτων χωρεῖ.*

12. *μηδ' ἐσθίειν, ὅσα μὴ θέμις, γένεσιν, αὔξησιν, ἀρχήν, τελευτήν, μηδ' ἐξ ὧν ἡ πρώτη τῶν πάντων ὑπόθεσις γίνεται.*[21])

Laertius Diogenes.

6. *τὰ στρώματα ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν.*

8. *χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ.*

9. *δαδίῳ θᾶκον μὴ ὀμόργνυσθαι.*

10. *πρὸς ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμίχειν.*

15. *ἀπονυχίσμασι καὶ κουραῖς μὴ ἐπουρεῖν μηδὲ ἐφίστασθαι.*

16. *ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν.*

---

[21]) Dubium mihi est, num recte hoc praeceptum symbolis Androcydeis adnumeretur; fortasse spectat ad sequentia Porphyrii verba § 43.

Hippolytus.

7. *ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεοῦ μὴ περιφέρει*

1. *τὸν στρωματοδέσμον δῆσον· ἐπεὶ ο ὁδοιπορεῖν μέλλοντες εἰς δέρμα δεσμοῦσ τὰ ἱμάτια αὐτῶν πρὸς ἑτοιμασίαν τῇ ὁδοῦ· οὕτως ἑτοίμους εἶναι θέλει τοὺ μαθητάς, ὡς καθ' ἑκάστην στιγμὴν το θανάτου ἐφεστηκέναι μέλλοντος, μηδὲ ἔχοντας τῶν μαθητῶν ἐνδεές. Διόπε ἐξ ἀνάγκης ἅμα τῷ ἡμέραν γενέσθαι ἐδί δασκε διακελεύεσθαι αὐτοῖς τοὺς Πυθαγ ρείους δεσμεύειν τὸν στρωματοδέσμον, το τέστιν ἑτοίμους εἶναι πρὸς θάνατον.*

3. *σάρον μὴ ὑπέρβαινε· μικροῦ πράγματο μὴ καταφρόνει.*

4. *φοίνικα ἐν οἰκίᾳ μὴ φύτευε, φιλονεικία ἐν οἰκίᾳ μὴ κατασκεύαζε· μάχης γὰ καὶ διαφορᾶς ἐστιν ὁ φοῖνιξ σημεῖον.*

Hippolytus.

πὸ δίφρου μὴ ἔσθιε· βάναυσον τέχνην μὴ μεταχειρίζου, ἵνα μὴ δουλεύσῃς τῷ σώματι ὄντι φθαρτῷ, ἀλλὰ ποιοῦ τὸν βίον ἀπὸ λόγων· ἐνέσται γάρ σοι καὶ τρέφειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ποιεῖν κρείττονα.

πὸ ὅλον ἄρτον μὴ ἀπόδακνε· τὰ ὑπάρχοντά σοι μὴ μειοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προσόδου ζῆθι, φύλασσε δὲ τὴν οὐσίαν ὡς ἄρτον ὁλόκληρον.

Per Porphyrium, cuius philosophiae historia pro primario fonte utebantur, symbola tradita sunt patribus etc.:

llus contra Julianum lib. p. 961 ed. Migne, Curs. rolog. ser. graec. tom. XVI.	S. Eusebii Hieronymi apologia adv. libros Rufini ap. Migne, C. P. ser. lat tom. XXIII p. 485.[22])	Gesta Romanorum ed. Hermann Oesterley, Berolini 1872, cap. 34 p. 331.[23]) De ponderacione vite.
αγόρας δὲ τὴν αἰνιγματη δήλωσιν οὐκ ἀτιμάσας ι, ἀλλ' ἦν ἐν λόγῳ τὸ χρῆ- αὐτῷ. Γέγραφε γὰρ ὧδε ὶ αὐτοῦ Πορφύριος ἐν λίῳ πρώτῳ φιλοσόφου ορίας.	Pythagorica et illa praecepta sunt . . . . illaque aenigmata, quae diligentius Aristoteles in libris suis prosequitur:	Legitur de rege Alexandro, qui habebat Aristotelem magistrum, de cuius doctrina multum profecit et multas virtutes ab eo didicit. Inter cetera a magistro suo quesivit aliqua sibi et aliis proficia dici. Ait magister: Fili, ausculta diligenter, et si meam doctrinam tenueris, ad magnum honorem pervenies. Septem sunt, que te docebo.
υγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτι μὴ πλεονεκτεῖν.	1. Stateram ne transilias, id est, ne praetergrediare iustitiam.	Primum est, stateram ne transilias, hoc est, non nimis cupias ultra[24]) que sunt necessaria victus.

[22]) Hunc Hieronymi locum falso ut demonstravi p. 38, inter fragmenta Aristotelica enumerat V. Rose.

[23]) cf. Gesta Romanorum, das älteste Märchen- u. Legendenbuch des christlichen Mittelalters, herausgegeben u. übersetzt von Joh. G. Theod. Grässe, Lpz. 1842, p. 61 et p. 260/61.

[24]) Inter se mixtae sunt explicationes symbolorum *ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν* et *μὴ ἐπὶ χοίνικος καθίζεσθαι.*

Cyrillus l. l.	Hieronymus l. l.	Gesta Romanorum l. l.
2. μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν (sic scribendum pro tradito σαλεύειν) ὅπερ ἦν τὸν ἀνοιδοῦντα καὶ τὸν ὀργιζόμενον λόγοις παρατεθηγμένοις (sc. μὴ κινεῖν).	2. Ignem gladio ne fodias, iratum videlicet et tumidum animum verbis maledicis ne lacessas.	Secundum est: Ignem c gladio ne foveas, id est, eundum cum verbis asp ne provoces. Ira e comparatur igni; . . . (dius vero est lingua minis etc. etc.
3. στέφανόν τε μὴ τίλλειν, τουτέστι, τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι. Ἄλλα τε πρὸς τούτοις ἕτερα.	3. Coronam minime carpendam, id est, leges urbium conservandas.	Tercium est: coronam carpas, id est, leges civ ne reprehendas.
4. μὴ καρδίαν ἐσθίειν, οἷον μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις.	4. Cor ne comedendum, id est, moerorem de animo proiciendum.	Quartum est: cor avicul comedes, id est, de n adversitati (sic!) temp tristiciam, odium, invid in corde tuo habeas.
5. μηδὲ ἐπὶ χοίνικος καθίζεσθαι, οἷον μὴ ἀργὸν ζῆν.		
6. μηδὲ χελιδόνας (ἐν) οἰκίαις δέχεσθαι, τουτέστι λάλους ἀνθρώπους καὶ περὶ γλῶτταν ἀκρατεῖς ὁμωροφίους (codd. falso ὁμοροφίους) μὴ ποιεῖσθαι.	7. Hirundinem in domum non suscipiendam, id est, garrulos et verbosos homines sub eodem tecto non habendos.	Septimum est: Hyrundi garrulantem in domo permittas habitare, sci peccatum in corde, c tra quod semper murmu conscientia.
7. φορτίον δὲ συνανατιθέναι μὲν τοῖς βαστάζουσι, συγκαθαιρεῖν δὲ μή, δι' οὗ παρήγει (scrib. παρῄνει) μηδενὶ πρὸς ῥᾳστώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμπράττειν.	8. Oneratis superponendum onus: deponentibus non communicandum, id est, ad virtutem incedentibus, augmentanda praecepta: tradentes se otio, relinquendos.	

lus l. l.	Hieronymus l. l.	Gesta Romanorum l. l.
ῶν τε εἰκόνας ἐν δακτυλί- μὴ φορεῖν, τουτέστι τὴν θεῶν δόξαν καὶ λόγον πρόχειρον μηδὲ φανερὸν ν μηδὲ εἰς πολλοὺς προ- ιν (codd. falso περι- ιν).		
	5. Cum profectus fueris, inquit, ne redeas, id est, post mortem vitam istam non desideres.	Quintum est: Cum profectus fueris, non redeas, id est, cum a statu culpe recesseris, non redeas ad vomitum peccati.
	6. Per viam publicam ne ambules, id est, ne multorum sequaris errores.	Sextum est: Per viam publicam ne ambules. Via publica est via peccatoris, per quam maior pars mundi transit, quia lata est; (Oesterley p. 331,35—333,37). [25])

[25]) Finitur narratio Gestorum Romanorum verbis his: „Rex in istis septem miro modo studebat ; profecit, quamdiu vixit.“ Sumpta est, ut Grässe l. l. adnotat secundum Wartonium I p. 152, bro sub Aristotelis nomine servato, qui inscribitur: Secretum Secretorum. Fortasse Hieronymi :, qui Aristotelem haec symbola prosecutum esse narrat, factum est. ut in Gestis Romanorum ab otele ea profecta esse diceretur. Equidem debeo hunc locum memorabilem Erwino Rohde, Mus. . XXVII p. 33 not. Alias medii aevi symbolorum collectiones enumerat Fr. Latendorf, Sebastiani :i de Pythagora eiusque symbolis disputatio commentario illustrata, Suerini 1868.

Haec sunt symbola ad Androcydis *περὶ Πυθ. συμβ.* librum redeuntia; dubitari potest m. qu. o. de solo Demetrio Byzantino, cuius de symbolis fragmentum servavit Athenaeus. Sed cum de Demetrii aetate,[26]) quae ea re definitur, quod bis laudatur a Philodemo, certum quicquam effici non possit, aeque ac de Ps. Androcydis aetate, per se nihil obstat, quin Demetrium quoque ex Ps. Androcyde hausisse putemus; sed quoquo modo haec res se habet, haud dubie eandem sequitur Demetrius symbola explicandi rationem quam Ps. Androcydes. De ratione, qua Ps. Androcydes symbola tractaverit, pauca addenda sunt. Androcydes symbola, cum subtiliorem eis subesse putaret doctrinam, praecipue ethicam, ut aenigmata explicanda esse censuit. Sensum igitur indagavit eorum non minus a vera singularum vocum significatione quam a propria symbolorum natura et indole alienissimum; eorum igitur ex numero est, quos vocat Aristoteles *ἔξωθεν ἐπισοφιζομένους προσάπτειν εἰκότα λόγον*. Tractavit autem, ut videtur, Androcydes ea tantum symbola, quae Aristoteles tertio acusmatum genere comprehendit, i. e. ea quae indicant *τί δεῖ πράττειν ἢ μὴ πράττειν*.

VII.

De Plutarchi et Clementis symbolorum tractatione.

Neque ab Anaximandro neque ab Aristotele neque ab Androcyde, quorum de symbolis disputationes tractavimus, pendent ea, quae Plutarchus in quaestionibus symposiacis, ubi saepius singula Pythagorae symbola attingit, profert VIII, 7, p. 886—888 ed. Dübner.

---

[26]) De Demetrio cf. Müller, FHGr. II, 624 not.; Susemihl, Gr. Litteraturgescht. d. Alexandrinerzeit I, c. 2 p. 154 not. 814. Quod Blomfield profert — cf. Walz ad Tryph. l. l. — de Demetrio Clearchi fonte, plane perversum est, ut ex accuratiore Athenaei contemplatione elucet.

Narrat ibi Plutarchus se, cum aliquamdiu Roma afuisset, eo reversum a Sulla Carthaginiensi, familiari suo, ad cônvivium vocatum esse una cum aliis quibusdam Sullae amicis, inter quos erat Lucius quidam, Moderati Pythagorici [1]) discipulus, natu Etruscus, qui, cum videret Philinum animatis edendis abstinere, *οἷον εἰκός, εἰς τοὺς Πυθαγόρου λόγους προήχθη*, et Pythagoram Etruscum esse affirmavit, *οὐ πατρόθεν, ὥσπερ ἕτεροί τινες,* [2]) *ἀλλ' αὐτὸν ἐν Τυρρηνίᾳ καὶ γεγονέναι καὶ τετράφθαι καὶ πεπαιδεῦσθαι τὸν Πυθαγόραν· ἰσχυριζόμενος οὐχ ἥκιστα τοῖς συμβόλοις, οἷόν ἐστι καὶ τὸ συνταράττειν ἀναστάντας ἐξ εὐνῆς τὰ στρώματα, καὶ χύτρας τύπον ἀρθείσης ἐν σποδῷ μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν, καὶ χελιδόνας οἰκίᾳ μὴ δέχεσθαι, μηδὲ σάρον* [3]) *ὑπερβαίνειν, μηδὲ γαμψώνυχον οἴκοι τρέφειν· ταῦτα γὰρ ἔφη τῶν Πυθαγορικῶν λεγόντων καὶ γραφόντων, μόνους ἔργῳ Τυρρηνοὺς ἐξευλαβεῖσθαι καὶ φυλάττειν.*

Cum Plutarcho plerumque verbo tenus consentit, quod fugit adhuc viros doctos, Clemens Alexandrinus, qui strom. V, 5 p. 238/39 Sybl. (III p. 21 sqq. Ddf.) nonnulla symbola Pythagorica accuratius tractavit, ut similibus Iudaeorum imprimis locis et dictis allatis demonstraret mutuatum esse Pythagoram sapientiam suam a barbaris. [4]) Quare Plutarchi symbolorum explicationibus Clemens alias addidit ex bibliorum imprimis et poëtarum Graecorum operibus, ut mos est Clementis, arcessitas; praeterea vero nonnulla symbola exhibet Clemens, quae apud Plut. frustra quaesieris. Referunt vero Plutarchus et Clemens haec:

---

[1]) De Moderato cf. Bücheler, Mus. Rh. 37, 335.

[2]) Aristoxenus, Aristarchus, Theopompus alii — cf. Zeller I, 1 [5], p. 296, 2 — Tyrrhenum fuisse narrant Pythagorae patrem; Lucius Tyrrhenum idem esse putavit atque Etruscum, ut multi alii auctores veteres.

[3]) De voce *σάρον* — cum paroxytono scribenda — cf. Lobeck ad Phrynichum p. 83.

[4]) *Τύριος* est Pythagoras iam Neanthi — C. Müller, FHGr. III, 10; Zeller I, 1 [5], 281, 1 saepius; cf. E. Maass, de biogr. gr. p. 92, not. 104 — apud Porph. v. P. 1 (cf. Jambl. v. P. 7). Ab Iudaeis multa eum accepisse praecepta multi contendebant: Zeller l. l. p. 302, 1. 2.

Clemens Alexandrinus l. l.

Αὐτίκα τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας πάνυ σφόδρα ἐπικεκρυμμένως ἤρτηται τὰ Πυθαγόρεια σύμβολα· παραινεῖ γοῦν ὁ Σάμιος· χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ μὴ ἔχειν, τουτέστι λάλον καὶ ψιθυρὸν καὶ πρόγλωσσον ἄνθρωπον μὴ δυνάμενον στέγειν ὧν ἂν μετάσχῃ μὴ δέχεσθαι· ‚χελιδὼν γὰρ καὶ τρυγών, ἀγροῦ στρουθία, ἔγνωσαν καιροὺς εἰσόδων αὐτῶν‛ φησιν ἡ γραφή, — Jerem. VIII, 17 — *καὶ οὐ χρή ποτε φλυαρίᾳ συνοικεῖν· καὶ μὴν γογγύζουσα ἡ τρυγὼν μέμψεως καταλαλιὰν ἀχάριστον ἐμφαίνουσα ἐξοικίζεται.*

(Hom. Il. 9, 311).

‛ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος.᾽ ἡ χελιδὼν δέ, ἣ τὸν μῦθον αἰνίττεται τὸν Πανδίονος, ἀφοσιοῦσθαι ἄξιον τὰ ἐπ᾽ ἐκείνῃ θρυλούμενα πάθη, ἐξ ὧν τὸν Τηρέα τὰ μὲν παθεῖν, τὰ δέ καὶ δρᾶσαι παρειλήφαμεν.

Διώκει δὲ ἄρα καὶ τέττιγας τοὺς μουσικοὺς ὅθεν ἀπωθεῖσθαι δίκαιος ὁ διώκτης τοῦ λόγου.

Καὶ τὰν ὄλυμπον καταδερκομέναν σκαπτοῦχον Ἥραν
ἔστι μοὶ πιστὸν ταμιεῖον ἐπὶ γλώσσας,

ἡ ποιητική φησιν· ὅ τε Αἴσχυλος

ἀλλ᾽ ἔστι κἀμοὶ κλῇς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ.

Πάλιν ὁ Πυθαγόρας τῆς χύτρας ἀρθείσης ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸν ἐν τῇ σποδῷ τύπον μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν προσέταττεν, καὶ ταράττειν ἀναστάντας ἐξ εὐνῆς τὰ στρώματα· οὐ γὰρ τὸν τύπον ἀφανίζειν

Plutarchus l. l.

Λεχθέντων δὲ τούτων ὑπὸ τοῦ Λ[ευ]κίου, μάλιστα τὸ τῶν χελιδόνων ἄτο[πον] ἔχειν ἐδόκει, ζῷον ἀσινὲς καὶ φιλάνθρ[ωπον] εἴργεσθαι τοῖς γαμψωνύχοις ὁμοίως, ἀ[νημέ]τάτοις οὖσι καὶ φονικωτάτοις· καὶ ᾧ μόνῳ τινὲς τῶν παλαιῶν ᾤοντο [λύειν] τὸ σύμβολον ὡς πρὸς τοὺς διαβόλους [καὶ] ψιθυροὺς τῶν συνήθων ᾐνιγμένον, αὐτὸς ὁ Λεύκιος ἐδοκίμαζεν· ψιθυρ[ισμοῦ] μὲν γὰρ ἥκιστα χελιδόνι μέτεστι, λ[αλιᾶς] (δὲ) καὶ πολυφωνίας οὐ μᾶλλον ἢ κ[ίτταις] καὶ πέρδιξι καὶ ἀλεκτορίσιν.

Ἆρ᾽ οὖν, ὁ Σύλλας ἔφη, διὰ τὸν μ[ῦθον] τὸν περὶ τὴν παιδοφονίαν ἀφοσιοῦνται [τὰς] χελιδόνας, ἄποθεν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα τὰ π[άθη] διαβάλλοντες, ἐξ ὧν τὸν Τηρέα καὶ [τὰς] γυναῖκας, τὰ μὲν δρᾶσαι, τὰ δὲ παθε[ῖν ἀ]θεσμα καὶ σχέτλια λέγουσι καὶ μέχρι [νῦν] Δαυλίδας ὀνομάζουσι τὰς ὄρνιθας;

Ἴσως, ἔφην ἐγώ, καὶ ταῦτα ἔχει λόγ[ον, ὦ] Σύλλα. Σκόπει δέ, μὴ πρῶτον μέν, ᾧ λόγ[ῳ τὸ] γαμψώνυχον οὐ προσίενται, τούτῳ καὶ [χε]λιδὼν ἀδοξεῖ παρ᾽ αὐτοῖς· σαρκοφάγος [γάρ] ἐστι, καὶ μάλιστα τοὺς τέττιγας, ἱερο[ὺς καὶ] μουσικοὺς ὄντας, ἀποκτίννυσι καὶ σιτ[εῖται]· καὶ πρόσγειος αὐτῆς ἡ πτῆσίς ἐστι, τὰ [μικρὰ] καὶ λεπτὰ τῶν ζῴων ἀγρευούσης, ὥς [φη]σιν Ἀριστοτέλης· ἔπειτα μόνη τῶν ὁμ[ωρό]φίων ἀσύμβολος ἐνοικεῖ, καὶ ἀτελὴς [...] διαιτᾶται κτλ. κτλ.

Ταῦτα εἰπὼν ἐγώ μοι δοκῶ ποιῆσα[ι τοῖς ἄλλοις λό]γων ἄδειαν· εὐθαρσῶς γὰρ ἤδη τοῖς ἄλλοις [συμ]βόλοις προσῆγον, ἠθικὰς ἐπιεικῶς ποιούμ[ενοι] τὰς λύσεις αὐτῶν. τῆς μὲν γὰρ χύτρας [τὸν] τύπον, ἔφη Φιλῖνος, ἀφανίζειν αὐ[...]

Clemens Alexandrinus l. l.

ν δεῖν ἠνίττετο, ἀλλὰ μηδὲ ὀργῆς ἴχνος λιπεῖν. ἐπὰν δὲ ἀναζέσασα παύσηται, 'στασθαι αὐτὴν καὶ πᾶσαν ἀπαλείφειν ικακίαν, [5]) *'ἥλιος δὲ ἡμῖν τῇ ὀργῇ, ν ἡ γραφή, μὴ ἐπιδυέτω'* — Ephes. IV, 26 *ὶ ὁ εἰπὼν 'οὐκ ἐπιθυμήσεις' πᾶσαν ἀφεῖ-νησικακίαν· θυμὸς γὰρ εὑρίσκεται ὁρμὴ υμίας ἡμέρου ψυχῆς κατ' ἐξοχὴν ἀμύνης ικὸς ἀλόγως· τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ καὶ ἡ ταράσσεσθαι παραινεῖται, ὡς μήτε ὀνει-ιοῦ τινος μηδὲ μὴν ὕπνου μεθ' ἡμέραν, μηδὲ τῆς ἐν νυκτὶ ἡδονῆς ἐπιμεμνῆ-ἔτι. τάχα δὲ καὶ φαντασίαν τὴν ζοφερὰν εῖν τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ δεῖν ἠνίττετο. ζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε' ὁ Δαβὶδ* — Psalm. IV, 4 — *μὴ συγκατατίθεσθαι αντασίᾳ μηδὲ τὸ ἔργον ἐπάγειν κυροῦν-ὴν ὀργὴν χρῆναι διδάσκων.*

Plutarchus l. l.

διδάσκοντας ὅτι δεῖ μηδὲν ὀργῆς ἔνδηλον ἀπολιπεῖν ἴχνος, ἀλλ' ὅταν ἀναζέσασα παύσηται καὶ καταστῇ, πᾶσαν ἐξηλεῖφθαι μνησικακίαν.

Ἡ δὲ τῶν στρωμάτων συντάραξις ἐνίοις μὲν ἐδόκει μηθὲν ἔχειν ἀποκεκρυμμένον, ἀλλ' αὐτόθεν φαίνεσθαι, τὸ μὴ πρέπον ἀνδρὶ συγκε-κοιμημένης γαμετῆς χώραν ὁρᾶσθαι καὶ τύπον ὥσπερ ἐκμαγεῖον ἀπολειπόμενον. ὁ δὲ Σύλλας μᾶλλον εἴκαζε κοιμήσεως μεθημερινῆς ἀ-ποτροπὴν εἶναι τὸ σύμβολον, ἀναιρουμένης ἕωθεν εὐθὺς τῆς πρὸς τὸν ὕπνον παρασκευ-ῆς· ὡς νυκτὸς ἀναπαύεσθαι δεῖν, ἡμέρας δὲ πράττειν ἀναστάντας, καὶ μὴ περιορᾶν οἷον ἴχνος πτώματος· οὐδὲν γὰρ ἀνδρὸς ὄφε-λος καθεύδοντος ὥσπερ οὐδὲ τεθνηκότος. τούτοις δὲ συμμαρτυρεῖν ἐδόκει καὶ τὸ παρ-εγγυᾶν τοὺς Πυθαγορικοὺς τοῖς ἑταίροις μηδενὸς ἀφαιρεῖν βάρος, συνεπιτιθέναι δὲ καὶ συνεπιφορτίζειν ὡς μηδεμίαν σχολὴν μηδὲ ῥᾳστώνην ἀποδεχομένους.

Clemens Alexandrinus l. l.

Πάλιν ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν Πυθαγόρειόν ἐστι σύμβολον, δηλοῖ δὲ τὰ τέλη καὶ ὅμοια τῶν μισθωμάτων ταραχώδη καὶ ἄστατα ὄντα παραιτεῖσθαι δεῖν. διὰ τοῦτό ὁ λόγος τοὺς πελώνας λέγει δυσκόλως σωθήσεσθαι· πάλιν δ' αὖ δακτύλιον μὴ ἵν μηδὲ εἰκόνας αὐτοῖς ἐγχαράσσειν θεῶν παρεγγυᾷ ὁ Πυθαγόρας κτλ. (sequuntur is, Aegyptiorum etc. praecepta ad deorum simulacra pertinentia, quae ad m symbolum explicandum nihil adiuvant).

Αὐτίκα ἐπιτομὴν τῶν περὶ δικαιοσύνης εἰρημένων Μωυσεῖ ὁ Πυθαγόρας πεποίηται ν ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτέστι μὴ παρέρχεσθαι τὸ πρὸς τὰς διανομὰς ἴσον ὄντας τὴν δικαιοσύνην (sequuntur versus nonnulli ex Euripidis Phoen. 536 et ex is deprompti).

Καὶ Πυθαγόρας οὐκ ὀκνεῖ ἀπαγορεύειν τὰς λεωφόρους ὁδοὺς βαδίζειν, προστάτ-μὴ δεῖν ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις ἀκρίτοις καὶ ἀνομολογουμέναις οὔσαις.

---

[5]) cf. Plutarch. initio, quod supra attuli p. 61.

Nec Plutarchi neque Clementis locos integros attuli, sed ea tantum, quibus et consensus, qui est inter Plut. et Clem., et symbola explicandi ratio, quam quisque est secutus, conspicitur.

Ex quibus apparet Clementem compilasse Plutarchi disputationem et pauca addidisse ex libris sacris poëtisque Graecis. Quibus vero fontibus usus sit Plutarchus dubium est. Falsa certe est E. Maassi de biographis graecis p. 94[6]) coniectura Clementis de symbolis disputationem provenire eodem ex fonte, unde fluxerint L. D. VIII,17 sq. et Porph. v. P. 42, ex Favorini scil. omnigena historia, nam ex Favorino hausisse Plutarchum prorsus est incredibile. Ex ipsis vero Plutarchi verbis videmus opposuisse Plutarchum suam symbolorum tractationem vulgari symbola explicandi rationi: *μάλιστα τὸ τῶν χελιδόνων* (h. e. *χελιδόνας οἰκίᾳ μὴ δέχεσθαι*) *ἀτοπίαν ἔχειν ἐδόκει κτλ.· καὶ γὰρ ᾧ μόνῳ τινὲς τῶν παλαιῶν ᾤοντο λύειν τὸ σύμβολον ὡς πρὸς τοὺς διαβόλους καὶ ψιθυροὺς τῶν συνήθων ᾐνιγμένον, οὐδ' αὐτὸς ὁ Λεύκιος ἐδοκίμαζεν.* Hanc autem explicationem secutus est Androcydes (ap. Porph. v. P. 42) *χελιδόνας ἐν οἰκίᾳ μὴ δέχεσθαι· τοῦτ' ἔστι· λάλους ἀνθρώπους καὶ περὶ γλῶτταν ἀκρατεῖς ὁμωροφίους μὴ ποιεῖσθαι·* quare ex Androcyde, ad quem redeunt L. D. VIII,17. 18 et Porph. v. P. 42, non sunt depromptae Plutarchi sententiae.

Neque rectius conieceris secutum esse Plutarchum Alexandri (Polyhistoris cf. Freudenthal, Al. Pol. p. 20; Zeller I,1[5] p. 301,1 et 2) librum de symbolis Pyth. conscriptum, quem laudat Clemens Alex. strom. I,15 p. 357 fin. Pott., cuius libri nulla paene exstant fragmenta; immo ex nostrae quoque quaestionis vivido sermone simplicique colloquii tenore et ex eis, quae de omnium quaestionum convivalium natura et indole constant, non est verisimile fonte ullo litteris conscripto data opera usum esse Plutarchum. Is enim erat Plutarchi mos, in quaestionibus symposia-

---

[6]) **Cui parum diligenter assentitur A. Scheeck, de font. Clem. Alex. [1889] p. 49/50.**

cis componendis, ut res in sermonibus re vera habitis tractatas postea ex memoria artificiose et lepidissime narraret, singulis convivii sodalibus suam cuique sententiam et proprium iudicium quam maxime tribuens et servans — cf. E. Graf, comment. Ribbeck. p. 61 —; id quod in nostra quoque quaestione fecisse Plutarchum inde conspicitur, quod sermonis convivalis more modoque unum solum symbolum accurate tractatur, alia attinguntur tantum, non explicantur. In talibus vero libris de accurato fontium examine cogitari non potest.

Plutarchi symbolis in suum usum commutatis addidit Clemens nonnulla, quae omnium in ore erant, ut *ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τὰς λεωφόρους ὁδοὺς μὴ βαδίζειν, δακτύλιον μὴ φορεῖν μηδ' εἰκόνας αὐτοῖς ἐγχαράσσειν θεῶν* · symbolum, quod apud solum Clementem repperitur, *ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν*, fortasse Clementis errore Pythagorae tributum est.

In icotologiis vero Plutarchi conspicua est eadem symbola explicandi ratio, quam secutum esse vidimus Androcydem; symbola ei sunt aenigmata, quibus occultetur ethicum aliquod praeceptum, quod interpretando enucleandum sit — *ἠθικὰς ἐπιεικῶς ποιούμενοι τὰς λύσεις αὐτῶν.*

Ea sola re differt ab Androcyde, ut ad symbola explicanda multo maiore utatur doctrina et ratiocinandi via insistat subtilissima. Nam cum Pythagoram natu fuisse Etruscum putarent viri docti — perspicuo errore cf. Zeller, I,1[5], p. 296,2 —, ex Etruscorum moribus et usu repetit Plutarchus symbolorum interpretationem – cf. Plut. v. Num. 14 —; item descendit in Aegypticos ritus arcanos, a quibus doctrinam suam mutuatum esse Pythagoram inde ab Herodoto (II,81 etc. cf. Zeller, 305 seqq.) et Isocrate (Bus. 11,28) multi narraverunt. cf. Zeller p. 303,1.

Quibus nationibus adduntur ap. Clementem Judaei, quos Pythagorae magistros fuisse primus narrasse videtur Hermippus (cf. Joseph. c. Ap. I,22).

Vera symbolorum natura et indoles nec Plutarcho nec Pythagoreis, quibuscum colloquitur, iam erat perspicua; plane obscurata est illorum opera, quos Aristoteles vocat *ἔξωθεν ἐπισοφιζομένους προσάπτειν εἰκότα λόγον.*

VIII.

De Jamblicho Chalcidensi symbolorum tractatore.

Jamblichus vit. Pyth. 186 p. 135,3 N.: *καὶ τὸ ζυγὸν δὲ μὴ ὑπερβαίνειν δικαιοσύνης ἐστὶ παρακέλευσμα, πάντα τὰ δίκαια παραγγέλλον ἀσκεῖν, ὡς ἐν τοῖς περὶ συμβόλων δειχθήσεται* delegat nos ad librum de symbolis a se ipso conscribendum. Quem *περὶ συμβόλων* librum servatum esse in postremo protreptici capite putavit Kuster, cui adstipulatur Nauck, sed falso, ut mihi videtur, nam in ipso hoc de symbolis capite iterum commemorat Jamblichus ampliorem librum de symbolis conscribendum p. 330 K. fin. (= p. 112,2 ed. Pistelli): *μελανούρου ἀπέχου· χθονίων γάρ ἐστι θεῶν· τὰ μὲν οὖν ἄλλα περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ συμβόλων ἐροῦμεν, ὅσα δὲ εἰς προτροπὴν ἁρμόζει, παραγγέλλει τῆς οὐρανίας πορείας ἀντέχεσθαι κτλ.*· quocum consentit huius capitis summarium in codice Florentino servatum p. 6, 6—8 ed. Pistelli. Quem librum utrum scripserit Jamblichus necne, ignoramus; ad nos pervenit solum postremum protreptici caput 39 *σύμβολα* continens et explicationes praebens satis memorabiles.

Sed totam afferre Jamblichi de symbolis disputationem supervacaneum est, quod altera de symbolis dissertatio, quae cum Jamblicho comparata de fontibus, quibus usus sit Jamblichus, nos doceat, non exstat; nam nihil concludere possumus ex loco parallelo, quem inveni apud Anonymum *περὶ σχημάτων* ed. Spengel, rhet. gr. III,145,2 (= Walz, Rh. gr. VIII, 653): *οἷον τὸ Πυθαγορικὸν εἰς ἱερὸν ἀπιὼν προσκυνῆσαι, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικὸν μήτε λέγε μήτε πρᾶττε· καὶ πάλιν· ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει κοσμίως καὶ μετρίως καὶ ὑπερσχὼν τῆς ἐν τῇ γῇ τάξεως. σχεδὸν ὅμοιον τὸ 'λῦσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί.'* — Exodus III,5 —· *καὶ πάλιν· περὶ θεοῦ μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίστει μηδὲ περὶ θείων δογμάτων*· nam cum ignoremus, qua aetate haec *περὶ σχημάτων* disputatio conscripta sit, incertum est, utrum ad Jamblichum haec redeant symbola — id quod mihi quidem veri similius

est — an ex eodem fonte fluxerint, ex quo hauserit Jamblichus. Ea ex re, quod anonymus hic de figuris auctor bibliorum versum inserit, id quod supra iam vidimus Clementem Alexandrinum data opera fecisse, nihil sequitur, nisi quod auctor noster iudaicae vel christianae religioni addictus erat; atque ea quoque ex re, quod alio ordine affert symbola atque Jamblichus, nihil concluserim, cum in ipsa Jamblichi de symbolis disputatione alius ordo observatus sit in enumeratione praemissa, alius in symbolis explicatis. Quare ad Jamblichi auctorem definiendum hac ex re nihil lucramur; immo satis dubium mihi est, num Jamblichus ad postremum protreptici caput componendum descripserit, ut fere semper fecit, auctorem ullum verbo tenus; ea enim symbola et colligendi et explicandi ratio, quam sequitur, tam arbitraria et stulta est, adeo a vera symbolorum natura remota, ut praeter Jamblichum vix quemquam talia conscripsisse putaverim; nam ut ipse dicit Jamblichus ea sola symbola sibi elegit, quae idonea esse putavit, quibus ad quamvis virtutem admonerentur homines, quem sensum ex eis enucleavit interpretandi artificiis difficillimis, et tam saepe summis laudibus hanc symbola tractandi rationem effert, ut ab ipso Jamblicho inventam et institutam eam esse facile conieceris, ea respiciens quae aliunde de Jamblichi non scribendi, sed compilandi ratione constant.[1])

Ratio vero, quam in symbolis explicandis sequitur Jamblichus, ea est, ut aeque atque Androcydes, Plutarchus, alii aenigmata esse symbola ratus, singulis vocibus plane aliam inesse vim et sensum putet atque vulgarem; quae vero hoc modo ex symbolis eliciuntur, non sunt ethica praecepta vel tale quid, sed adhortationes gravissimae ad philosophandum, *τὰ ἴδια προτρεπτικὰ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως.* cf. praeter alios Paul. Hartlich, de exhortat. histor. Leipzg. Stud. vol. XI p. 248. 232. 314 sqq.

Symbola ab Jamblicho tractata sunt haec:

1. *εἰς ἱερὸν ἀπιὼν προσκυνῆσαι μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικὸν μήτε λέγε μήτε πράττε.*

[1]) cf. E. Rohde, Mus. Rhen. 26. 27. passim.

2. ὁδοῦ πάρεργον οὔτε εἰςιτέον εἰς ἱερὸν οὔτε προσκυνητέον τοπαράπαν. οὐδ' εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς παριὼν γένοιο.
3. ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει.
4. τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε.
5. μελανούρου ἀπέχου . χθονίων γάρ ἐστι θεῶν.
6. γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει θεοῖς ἑπόμενος.
7. ἀνέμων πνεόντων τὴν ἠχὼ .προσκύνει.
8. πῦρ μαχαίρῃ μὴ σκάλευε.
9. ὀξίδα ἀπὸ σεαυτοῦ ἀπόστρεφε πᾶσαν.
10. ἀνδρὶ ἐπανατιθεμένῳ μὲν φορτίον συνέπαιρε, μὴ συγκαθαίρει δὲ ἀποτιθεμένῳ.
11. εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν πόδα προπάρεχε, εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸν εὐώνυμον.
12. περὶ Πυθαγορείων ἄνευ φωτὸς μὴ λάλει.
13. ζυγὸν μὴ ὑπέρβαινε.
14. ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου· Ἐρινύες γὰρ μετέρχονται.
15. πρὸς ἥλιον τετραμμένος μὴ οὔρει.
16. δαδίῳ θᾶκον μὴ ἀπόμασσε.
17. ἀλεκτρύονα τρέφε μὲν μὴ θῦε δέ · μήνῃ γὰρ καὶ ἡλίῳ καθιέρωται.
18. ἐπὶ χοίνικι μὴ καθέζου.
19. γαμψώνυχον μηδὲν παράτρεφε..
20. ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε.
21. χελιδόνα οἰκίᾳ μὴ δέχου.
22. δακτύλιον μὴ φόρει.
23. θεοῦ τύπον μὴ ἐπίγλυφε δακτυλίῳ.
24. παρὰ λύχνον μὴ ἐσοπτρίζου.
25. περὶ θεῶν μηθὲν θαυμαστὸν ἀπίστει, μηδὲ περὶ θείων δογμάτων.
26. ἀσχέτῳ γέλωτι μὴ ἔχεσθαι.
27. παρὰ θυσίᾳ μὴ ὀνυχίζου.
28. δεξιὰν μὴ παντὶ ῥαδίως ἔμβαλλε.
29. στρωμάτων ἀναστὰς συνέλισσε αὐτὰ καὶ τὸν τύπον συνστόρνυε.
30. καρδίαν μὴ τρῶγε.
31. ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε.
32. ἀποκαρμάτων σῶν καὶ απονυχισμάτων κατάπτυε.
33. ἐρυθῖνον μὴ προςλαμβάνου.

34. *χύτρας ἴχνος ἀπὸ σποδοῦ ἀφάνιζε.*
35. *χρυσὸν ἐχούσῃ μὴ πλησίαζε ἐπὶ τεκνοποιίᾳ.*
36. *προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα τοῦ σχῆμα καὶ τριώβολον.*
37. *κυάμων ἀπέχου.*
38. *μολόχην ἐπιφύτευε μέν, μὴ ἔσθιε δέ.*
39. *ἐμψύχων ἀπέχου,*

Mirum est, quod nonnullis symbolis subiecta est vera explicatio, quinto scil. *μελανούρου ἀπέχου· χθονίων γάρ ἐστι θεῶν,* decimo quarto *ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου· Ἐρινύες γὰρ μετέρχονται,* decimo septimo *ἀλεκτρύονα τρέφε μὲν μὴ θῦε δέ· μήνῃ γὰρ καὶ ἡλίῳ καθιέρωται;* id quod eis explicatur, quae supra disserui p. 11.

Vita.

Natus sum Cornelius Hölk Itzehoae a. d. X k. Decembr. a. h. s. LXIX. Inde ab undecimo anno gymnasium frequentavi Tychopolitanum a D. Detlefsen, doctissimo Plinii editore, rectum, cui viro neque minus Fr. Reuter, praeceptori dilectissimo, nunc Altonensi, qui summa cum benevolentia semper studia mea prosecuti sunt, debitas ago gratias. Vere anni LXXXIX maturitatis testimonium adeptus studiis philologicis operam daturus Heidelbergam me contuli. Hic per quater sex menses commoratus Lipsiam petivi, unde post bis sex menses Kiliensem universitatem adii Christianam Albertinam, cuius adhuc civis sum. Examen rigorosum superavi Nonis Augustis a. h. s. XCIII.

Docuerunt me viri doctissimi Brandt, de Domaszewski, de Duhn, K. Fischer, E. Rohde, Fr. Schöll, Winkelmann Heidelbergenses; Brugmann, Lipsius, Ribbeck, Wachsmuth, Zarncke † Lipsienses; Blass, Bruns, Busolt, Cauer, Erdmann Forchhammer, Glogau, Schirren, Schoene Kilienses.

Quibus omnibus gratias quam maximas semper habebo, imprimis vero Erwino Rohde, qui ad acusmata Pythagorica tractanda me incitavit et singulari erga me semper fuit liberalitate, et Ivoni Bruns, qui studiis meis, dum Kiliae versor, benignissime favit.

Sententiae controversae.

I.

Proverbium, quod affert Cohn, zu den Paroemiographen p. 26 (Bresl. philolog. Abhdlg. II) εἰς ὄνου κύλισμα μὴ εἰσέρχεσθαι, συμβουλεύει τοῖς ἀμαθέσι μὴ παρακινδυνεύειν, re vera est acusma Pythagoricum et explicatur optime ex Hermippo ap. Joseph. c. Apion. I,22 Ddf. παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον ἐφ' ὃν ἂν ὄνος ὀκλάσῃ, comparato Aeliano, nat. anim. X, 28; quare Crusii coniecturae, quas affert Cohn, refutandae sunt.

II.

Apud Laertium Diogenem in vita Leucippi (IX, 31 sq. Cob.) scribendum est: p. 235, 1—3: τὸ μὲν πᾶν ἄπειρόν φησιν, ὡς προείρηται· τούτου δὲ τὸ μὲν πλῆρες εἶναι, τὸ δὲ κενόν. (ἅ) καὶ στοιχεῖά φησι κτέ. p. 235, 14 pro διαττόμενα aut διαττόμενα (cf. Arist. probl. 26,23 etc.) aut potius διαττώμενα. (cf. Diels, doxogr. gr. 409,2 καὶ ἐπὶ τῶν κοσκινευόντων κτλ. Sext. Emp. adv. math. VII, 17 ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων. κτέ.)

III.

Apud Tacitum, dialog. de oratoribus 3 codicum verbis: Tum ille: leges tu quid maternus sibi debuerit etc. subesse puto: tum ille: (intel) leges tu, quid Maternus sibi debuerit etc.; c. 16 (p. 55,22 Nipperd) Usenerus coniecit (Mus. Rhen. 28,394) pro codd. scriptura: si ad naturam **saeculorum** etc.: **siderum**; litterarum forma magis commendatur: si ad naturam **caelorum** etc.

108